111. — *Girarz de Braoites*, miles, juratus, tenet domum fortem de *Braietes*, terras, vineas, prata, nemora, homines, justiciam, et id quod habet in parrochia de *Vellenesse* et id quod habet in parrochia de Sancto Prejecto : circiter LX libratas terre. *Jeuffrons de la Borde* tenet de ipso domum suam, terras et totam hereditatem matris sue : circiter XX libratas terre. Gilo de *Chambertran*, miles, tenet de ipso partem suam decime de Vilonissa : circiter XV libratas terre. Domina Maria, soror dicti Girardi, tenet totam hereditatem suam apud *Grisi* et apud Insulas et in parrochia Sancti Prejecti : circiter XXV libratas terre. Petrus de Vilonissa, miles, tenet de ipso, apud *Grisi* et Insulas et prope *Velenesse*, escasuram domini Gilonis de *Braietes :* circiter X libratas terre. Gilo de *Velenesse*, miles, tenet de ipso escasuram Gilonis de *Braietes* in parrochiis Sancti Prejecti et de *Velenesse :* circiter X libratas terre. Item Bouchardus de *Floregni* tenet de ipso, de doario uxoris sue, in parrochia Sancti Prejecti circiter X libratas terre. Domina Houdeardis de *Babis* tenet de ipso, de hereditate sua, in parrochiis de *Velenesse* et Sancti Prejecti et de Paciaco circiter octo libratas terre. Nivardus tenet hereditatem uxoris sue, Margarete *d'Avegni*, in parrochiis Sancti Prejecti et de Paciaco : circa VIII libratas terre ; Guiotus de Villariis, hereditatem Eustachie, uxoris sue, apud Insulas : circiter X libratas terre. Non debet gardam ut dixit[1]. Girardus de *Pertelenes* tenet decimam de *Peisi*, que est de heredibus *Bertaut* de Villa *Bounex*, de doario uxoris sue : valorem nescit.

111. — Briotte, h., c^ne^ de Villenauxe-la-Petite ; Villenauxe-la-Petite (Seine-et-Marne) ; Saint-Pregts, faubourg de Sens (Yonne) ; Champbertrand, f., c^ne^ de Louan ; Grisy-sur-Seine ; Isle, f., c^ne^ de Grisy ; Villenauxe-la-Petite (Seine-et-Marne) ; Fleurigny (Yonne) ; Passy-sur-Seine ; Avigny, h., c^ne^ de Monceaux-lès-Bray ; Villiers-sur-Terre, h., c^ne^ de Villenauxe-la-Petite (Seine-et-Marne) ; Perthelaine, f., c^ne^ de Soligny-les-Étangs ; Paisy-Cosdon (Aube) ; Villers-Bonneux (Yonne).

1 On a répété cette formule, sous cette légère variante « ut dicit », sans rien exponctuer.

112. — [1] Guido de Villariis super Terram tenet domum suam de Plesseto Otrandi, terras, et justiciam, et dominium, homines, censivas : circiter XV libratas terre, post doarium sororie sue. Domina Jacoba tenet de ipso partem suam apud Plessetum : circiter centum solidatas terre. *Girardins Justarz*, nepos suus, tenet ibidem usque ad centum solidatas terre. De garda, dixit uxor sua quod erat ultra mare, quod credit quod debet, sed nescit quantum.

Item, idem Guido tenet hereditatem Eustachie, uxoris sue, in parrochia de *Velenesse* inter *Toussac* et Tombam : circiter C solidatas terre.

113. — Johannes de Montegniaco, armiger, tenet banneiam furni de Montegniacum cum pedagium de Montegniaco et de *Chastenai* et de *Coustançon* cum viaria et justicia dictorum locorum : circiter XXX libratas terre. Domina *Isabiaux* tenet de ipso apud *Resson* et Calestriam et apud Pruvinum et quicquid habet à Montegniaco versus Pruvinum : circiter XXX libratas terre cum retrofeodis suis. Debet gardam apud Pruvinum per XL dies.

114. — Guillelmus de Montegniaco, miles, infirmatus.

115. — Balduinus de Barris, miles, ultra mare.

116. — Galterus de Monte Mauri, armiger, juratus, tenet domum suam de *Braietes*, terras, homines, partem suam justicie : circiter XXX libratas terre. De garda dixit se nescire.

112. — Villiers-sur-Terre, h , c^ne de Villenauxe-la-Petite (Seine-et-Marne); Plessis-Saint-Jean (Yonne); Villenauxe-la-Petite, Toussac, h., c^ne de Villenauxe-la-Petite (Seine-et-Marne).

113. — Montigny-Lencoup, Châtenay, Coutençon (Seine-et-Marne); Resson, h., c^ne de La Saulsotte (Aube); Chalautre-la-Grande, Provins (Seine-et-Marne).

114. — Montigny-Lencoup (Seine-et-Marne).

116. — Montmort (Marne); Briotte, h., c^ne de Villenauxe-la-Petite (Seine-et-Marne).

---

1 C'est avec l'article 112 que commence la deuxième bande du rouleau des fiefs de Bray. Bien que le scribe ait inscrit en tête de cette bande les mots *de Brayo*, nous n'avons pas jugé utile de reproduire cette indication dans notre texte, car elle cessa d'avoir sa raison d'être dès que les diverses fractions du rôle eurent été cousues ensemble.

117. — Domina Jacoba *d'Abloi*, jurata, tenet domum suam *d'Abloi*, terras et justiciam et quicquid habet in villa *d'Abloi* : circiter XXX libratas terre. Item tenet apud *Basouches* terras, homines, censum, redditum usque XX libratas terre. Adam *li Nies de Bernai* tenet de ipsa apud *Basouches* : circiter XL solidatas terre. Debet gardam per XL dies.

118. — Relicta defuncti Johannis de *Chammoren* militis, jurata, tenet apud Montegniacum juxta Braium censum, avenas, gallinas : circiter XL *s*(*oudées*) *de terre*; item apud *Chammoren* domum, et terras, et homines de Vico Novo, et censum apud *Courloon* : circiter X libratas terre doario suo. Et ita sunt duo homagia. De garda dixit se nescire.

119. — Milo de *Coutures*, miles, dixit per fidelitatem suam pro uxore defuncti Gaufridi de *Neaffle*, que infirmabatur, quod ipsa tenet domum suam de *Gouvois*.

120. — Domina Petronilla, uxor Johannis de *la Louvetiere*, jurata, tenet domum suam de Montegniaco, et Villam Novam Comitis, terras, prata, vineam, de doario primi mariti sui et de hereditate puerorum suorum : circiter XV libratas terre. Domina Joidis tenet de ipsa, apud Montegniacum et Villam Novam, circiter XV libratas terre. *Isabiaux de Leisines* tenet apud Montegniacum circiter LX solidatas terre. Item *Hurez* de Montegniaco injuriatur filio suo super quodam feodo quod erat de feodo predicto. Dixit gardam se non debere.

121. — Gaufridus de Capella, armiger, juratus, tenet doarium uxoris sue apud *Braietes* : circiter X libratas terre.

117. — Abloy, f. détruite, c^ne^ de Sigy (Delettre, *Histoire de la province du Montois*, t. II, p. 51); Bazoches-lès-Bray (Seine-et-Marne).

118. — Montigny-le-Guesdier (Seine-et-Marne); Vinneuf (Yonne).

119. — Couture, h., c^ne^ d'Ormes (Seine-et-Marne); Neauphle-le-Château (Seine-et-Oise); Gouaix (Seine-et-Marne).

120. — La Louptière (Aube); Montigny-Lencoup, Villeneuve-les-Bordes, Lizines (Seine-et-Marne).

121. — La Chapelle-Godefroy (Aube); Briotte, h., c^ne^ de Villenauxe-la-Petite; Beton-Bazoches (Seine-et-Marne).

Item aliud doarium apud *Boutonbasouches :* circiter XX libratas terre. De garda dixit se nescire.

122. — *Jehanins Pes Loue*, juratus, tenet domum suam, terram, homines, justiciam de *Vilehuis* usque XXV libratas terre. Giletus, frater ejus, tenet de ipso in eadem villa XXV libratas terre. Johannes de Capella, miles, tenet de ipso in ipsa villa doarium uxoris sue et ballium puerorum usque XXV libratas terre. Henricus *Soucons*, miles, tenet ibidem de ipso de doario uxoris sue XL solidatas terre. Guillelmus de *Babich*, miles, tenet de ipso apud *Babich* XV libratas terre. Petrus, presbiter de *Babich*, tenet apud *Babich* XXV libratas terre. Hugo de *Monfuel*, miles, tenet domum suam de *Brisoles* et hastas de *Courrecuel* usque VIII^{xx} arpenta terre. Item armigeri de *Boi* juxta Triangulum, tenent de ipso illud quod habent apud *Vilehuis*. De garda dixit se debere per mensem.

123. — *Herberz de Basouches,* armiger.

124. — Huetus de *Becherel*, armiger, juratus, tenet sex libras in hala draperiorum de Braio et unam domum IIII librarum locacionis. Guillelmus *Rettiaux*, sororius ejus, tenet de ipso apud Braium coustumiam vinorum *francoise*, prata de *Veres*, et duo arpenta prati juxta domum Ancheri. Gardam non debet, ut dicit.

125. — Gaufridus de Serbona, qui est ultra mare, tenet apud *Chatenai* XXVI solidos et VIII denarios census. *Estevenoiz de Sigi* tenet de ipso ibidem XIIII solidos census. Abbas Sancte Columbe reddit censum. Matheus de *Chatenai* tenet de ipso apud *Chatenai* nescit quantum. Item Stephanus tenet de ipso apud *Chatenai*, nescit quantum. Debet gardam per XL dies.

122. — Villuis (Seine-et-Marne); la Chapelle-Godefroy (Aube); Baby (Seine-et-Marne); Montfey (Aube); Brisolles, lieu ruiné, entre Monceaux-lès-Bray et Montigny-le-Guesdier (Seine-et-Marne); Courceaux (Yonne); Bouy-sur-Orvin (Aube).

123. — Bazoches-lès-Bray (Seine-et-Marne).

124. — Bécherelle, h., c^{ne} de Dontilly.

125. — Serbonnes (Yonne); Châtenay, Sigy (Seine-et-Marne); Sainte-Colombe, anc. abbaye, c^{ne} de Saint-Denis-lès-Sens (Yonne).

126. — Oudetus de Sancto Prejecto, armiger, juratus, tenet corpus fortericie de Sancto Prejecto et domum suam de Braio, et nemus, et terras, et justicia(m) et quicquid habent apud *Nevri*, excepto parvo prato quod tenet ad censum, usque XXX libratas terre. Et, in istis, fratres et sorores ejus habent partem suam in feodum. Debet gardam apud Braium, pro domibus de Braio, per XL dies.

127. — *Jehanins de Vile-Bloen*, armiger, juratus, tenet domum suam, terras, censum, homines, et integre quicquid habet apud *Vilebloen* usque XL libratas terre. Milo de Savigniaco tenet de ipso, de hereditate uxoris sue, sororis dicti Johannis, apud *Vilebloen* circiter X libratas terre. Ansellus de *Dormeles* tenet, de hereditate alterius sororis, in eodem loco, XV libratas terre. Petrus *Coutepert*, armiger, tenet in eadem villa, terras, homines : circiter XII libratast erre. *Perrins de Loours* tenet censu de *Vilebloen* : XV solidos census.

128. — Johannes de Capella, miles, juratus, tenet apud Braium duas domos ; et apud Pruvinum in minagio, pro se et matre uxoris sue, circiter XIII libratas terre ; et apud *Monfranbloi* X libratas terre. Gilo de Govesio tenet de ipso terras : L solidatas terre. Debet gardam per XL dies.

129. — *Itiers Pes Loe*, juratus, ligius, tenet domum de *Villers* et de *Noiem*, terras, prata, homines, justiciam : circiter XXX libratas terre pro se et fratribus suis. *Herberz Pesloue* tenet de ipso quicquid habet in locis predictis. Item Girardus *Pes Loe* tenet de ipso id quod habet in locis predictis. *Jehanins Pes Loue* tenet de ipso id quod ipse et frater ejus habent in dictis locis. Item due femine de

126. — Saint-Pregts, faubourg de Sens (Yonne); Neuvry, h., c^ne^ de Jaulnes (Seine-et-Marne).

127. — Villeblevin (Yonne); Savigny, h., c^ne^ de Saint-Hilliers ; Dormelles, Lourps (Seine-et-Marne).

128. — La Chapelle-Godefroy ? (Aube); Montflambouin, loc. disparue située sans doute près de Flambouin, h. de Gouaix ; Gouaix (Seine-et-Marne).

129. — Villiers-sur-Seine, Noyen-sur-Seine (Seine-et-Marne) ; Sergines (Yonne).

Noovriaux tenent de ipso apud *Noovriaux* duos modios bladi. Item Gilo de *Sergines* tenet de ipso homines apud *Vilehuis*. Debet gardam per XL dies.

130. — Mater Iteri *Pes Loe* tenet doarium suum in locis predictis.

131. — Dominus Galcherus de Thorota tenet homines albanos d(e)Eglegniaco et percursum et hostisias ratione uxoris sue, de uno homagio.

132. — Dominus Johannes de Valeriaco.

133. — Imperator Constantinopolitanus.

134. — Domina Jacoba de Montegniaco juxta Braium tenet apud Montegniacum et in parrochia, terras, homines, censum, justiciam: circiter X libratas terre, de hereditate mariti sui pro se et filio suo, Henrico. Johanna de Paciaco, matertera Henrici, tenet de ipsa, apud Montegniacum, terras : circiter C solidatas terre. Item filii Milonis de *Chambertran*, militis, tenent de ipso Henrico apud Montegniacum terras: circiter L solidatas terre. Debet gardam per XL dies.

135. — [1] Guillelmus de Montegniaco *l'Ancoul*, juratus, tenet VIII sextarios bladi in grangia regis de Montegniaco, V solidos census, domum que fuit Stephani *Boulliers*, plenam minam avene, unam foaciam, unam capponem, duos solidos census in Natali Domini et XX solidos census in festo Sante Crucis et quartum prati siti ante domum Johan-

131. — Thorotte (Oise) ; Egligny (Seine-et-Marne).

132. — Vallery (Yonne). — C'est évidemment du fief de Jean de Vallery que le Moulin de Vallery (c^ne de Sigy; Seine-et-Marne) tire son nom.

133. — Le trône impérial de Constantinople était alors occupé par Baudouin de Courtenay.

134. — Montigny-le-Guesdier ; Passy-sur-Seine ; Champbertrand, f., c^ne de Louan (Seine-et-Marne).

135. — Montigny-Lencoup (Seine-et-Marne).

---

1 L'article 135 commence la troisième bande du rouleau de Bray, cette troisième bande est en parchemin fort, semblable à celui des rôles de 1252 ; on pourrait donc rapporter à cette époque, plutôt qu'à celle de 1249, toutes les déclarations qui y sont inscrites.

nis de Pratis. Item octo solidos census in eadem villa et duas domos que dicuntur *la Coudre*.

136. — Arnulphus *Groucarz*.

Guillelmus *d'Ordon*, miles, juratus, tenet de doario uxoris sue quondam uxoris Arnulphi *Groucart*. Tenet apud Montegniacum *l'Ancoul* XX solidos de censu et dimidium modium bladi cum censivis. Uxor Renoudi de *Courrenout* tenet de ipso duos modios bladi [1] in Molendino Arsso. *Girard de Machou* tenet de ipso XIII solidos census apud Monsterolium. Johannes de *Motuex*, miles tenet (de) ipso XX solidos census et terras apud Monsterolium. Debet gardam apud Braium per XL dies.

137. — *Simons de Reuvres* tenet, apud *Noiem*, de doario uxoris sue.

138. — Johannes de Segiaco, armiger [2], tenet domum suam de Segiaco cum toto porprisio, et XXXV arpenta terre, et IX arpenta nemoris et VIII arpenta alneti et censum et coustumias : C solidatas terre. Cognati sui tenent de ipso, in parrochia de Segiaco, circiter XXX libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

139. — Henricus de Pareto, miles, tenet domum suam de Pareto et quicquid tenet infra parrochiam de Pareto, pre-

136. — Ordon, h., c^ne de Chalautre-la-Grande; Montigny-Lencoup ; le moulin d'Ars est détruit, mais on en voit encore l'emplacement dans le parc de Montigny-Lencoup (Delettre, *Histoire du Montois*, t. II, p. 136) ; Machault, Montereau-faut-Yonne; Motteux, château, c^ne de Marolles-sur-Seine (Seine-et-Marne).

137. — Noyen-sur-Seine (Seine-et-Marne).

138. — Sigy (Seine-et-Marne).

139. — Paroy, Saint-Quiriace, église collégiale à Provins; Donnemarie; Motteux, localité détruite dont le nom est resté attaché à des bois du domaine de Gurcy (Delettre, *Hist. du Montois*, t. II, p. 94); Lizines, Mons, Chauconin; Couture, h., c^ne des Ormes (Seine-et-Marne).

---

1 Ces quatre derniers mots ont été rayés.

2 Dans une première rédaction abandonnée avant qu'elle n'eût été achevée, on lisait : « *Thiebauz* de Segiaco, miles, tenet domum suam de Segiaco cum toto porprisio. Nepotes » sui tenent de ipso quicquid habent in parrochia de Segiaco. Item, idem Theobaldus tenet » terras in nemus in parrochia de Segiaco : circiter XXX arpenta. » Cf. l'article 430 du *Livre des vassaux du comté de Champagne et de Brie, 1172-1222*.

ter tres solidos census quos debet ecclesie santi Quiriaci de Pruvino. Item, tenet id quod habet apud Donnam Mariam et apud *Moteux* et apud *Leisines*. Renaudus, frater ejus, tenet de ipso id quod habet apud Paretum de hereditate. Domina Joia de Montibus tenet de ipso. Girardus *Jutarz* tenet de ipso apud Donnam Mariam et apud *Moteux*. Perretus *Chevaliers* tenet de ipso nescit quid. Miletus de *Chauconnin* tenet de ipso id quod habet apud *Lesines*. Petrus *Male Couvée* tenet de ipso quicquid habet apud *Leisines* et *au Bonvise*,de hereditate. *Jehanins* de *Comer* tenet de ipso quicquid habet apud *Coustures*. Debet gardam per XL dies [1].

140. — Dominus *Aden* de Bernaio, miles, tenet ratione uxoris sue. Tenet apud *Perrosoi* unum arpentum vinee et tria arpenta terre et dominus Johannis *(sic)* de Valeriaco tenet de ipso apud *Perrosel* I parvum feodum, sed nescit utrum sit de feodo regis vel de feodo domini de Paciaco.

141. — Domina Agnes, relicta domini Henrici *Noes*, tenet, de hereditate sua, apud Villam Novam Comitis, furnum et octo modios avene, et V sextarios frumenti, et *une mine*, et VI libras et X solidos de censu. Non debet gardam, ut dicit.

142. — Dominus Guillelmus de Pruneto tenet domum de *Serbone*, de hereditate uxoris sue, cum pertinenciis : circiter C libratas terre in quibus noverca uxoris sue habet dotum *(sic)* suum.

143. — Dominus Guido *Beliarz* tenet de rege dotem [2] uxoris sue in predictis. Gaulterus de *Monmor,* armiger, tenet de ipsis XXXV libratas terre, ratione uxoris sue.

140. — Bernay; Parouseau, f., c^ne de Vimpelles ? (Seine-et-Marne); Vallery (Yonne); Passy-sur-Seine (Seine-et-Marne).
141. — Villeneuve-les-Bordes (Seine-et-Marne).
142. — Prunay-le-Sec (Aube); Serbonnes (Yonne).
143. — Montmort (Marne).

1 Cf. l'art. 385 du *Livre des vassaux de Champagne et de Brie.*
2 Le rôle porte *doteem.*

Uxor domini Gaufredi, militis, tenet de ipsis circiter C solidatas terre in nemoribus de *Serbone*. Heredes domini Gilonis de *Sergines* tenet de ipsis circiter XX libratas terre in nemoribus de *Serbone*; debent gardam per XL dies. Guido de *Sontor* tenet de ipsis circiter XX libratas terre apud *Serbone*.

144. — Domina Comitissa de *Flaci* tenet ratione dotis sui, apud Pleseio *[sic]* defuncti Otranni, circiter LX libratas terre. Debet gardam per tres setimanas.

145. — Dominus Philipus de *Noien* tenet domum fortem cum pertinenciis de *Noien* et illud quod habet apud *Puugni:* circiter LX libratas terre, de hereditate sua. Dominus Gaufridus de *Noien* tenet de ipso, apud *Noien*, circiter LX libratas terre; et soror domini Philipi de *Noien* tenet de ipso apud *Puugni* circiter X libratas terre. Debet gardam per II menses.

146. — *Jehanins*, filius Anselli de *Flaci* militis, tenet de rege apud Plessetum Otranni, circiter L libratas terre, post mortem matris sue. Debet gardam per tres eddomadas, ipse et mater sua.

147. — Domina Agnes de *Noem* tenet apud Sanctum Poangium domum cum porprisio, LXX arpenta terre, et XXII arpenta prati, et duos modios avene, et IIII sextarios frumenti, et duo stapna, et XXIIII solidos census, et XXXVI solidos in tallia, et gallinas. De garda non dixit.

148. — Dominus de *Sergines*[1].....

Serbonnes, Sergines; Sautour, h. réuni à Neuvy[-Sautour] ? (Yonne).
144. — Flacy, Plessis-Saint-Jean (Yonne).
145. — Noyen-sur-Seine, Peugny, h., c^ne^ de Mouy-sur-Seine (Seine-et-(Marne).
146. — Flacy, Plessis-Saint-Jean (Yonne).
147. — Noyen-sur-Seine (Seine-et-Marne); Saint-Pouange (Aube).
148. — Sergines (Yonne).

1 Cet article, resté inachevé, a été barré.

149. — Guiotus de Novilla tenet apud *Misseri* circiter XL libratas terre. Debet gardam per II menses. Hugo de *Becherel* tenet de ipso apud *Misseri;* et Gilo *Haquins* et dominus Johannes de Capella, et Margareta et Berta, sorores, et Johannes Senonensis. Debet gardam per II menses. *Jehannez de Heneust* tenet de ipso XII arpenta terre.

150. — [1] Dominus Jofridus de Villa Nova tenet, ex parte uxoris, apud Plessetum defuncti Ottrandi XX arpenta terre. Dixit gardam se nescire.

151. — *Milez* de Naudo, armiger, ligius, tenet de rege terciam partem pedagii de Braio et plateam juxta mercereiam : circiter XXX solidatas terre. Debet gardam per mensem.

152. — Dominus Guido de Vernolio tenet de rege id quod habet apud Montiniacum juxta Braium, et debet gardam per duos menses sicut scripta dicunt.

153. — Dominus Guillelmus de Marchia tenet in pedagio de Braio C solidatas terre, de doario uxoris sue.

154. — Johannes de Flaciaco, filius Anselli de Flaciaco, tenet quicquid habet apud Plessiacum de Meso in hominibus, justicia, terris, et omnibus aliis, ex parte patris sui. Non debet gardam ut dicit.

155. — *Drouins* de Valle Reneri tenet de rege ligie apud

149. — Leville, h., c^ne^ de Mons (Seine-et-Marne) ; Michery (Yonne); Bécherelle, h., c^ne^ de Montilly (Seine-et-Marne) ; la Chapelle-feu-Payen, h., c^ne^ de Champigny-sur-Yonne; Sens (Yonne).

150. — Plessis-Saint-Jean (Yonne).

151. — Saint-Loup-de-Naud (Seine-et-Marne).

152. — Vernois, h., c^ne^ de Villenauxe-la-Petite ; Montigny-le-Guesdier (Seine-et-Marne).

154. — Flacy ; le Plessis-du-Mée (Yonne).

155. — Vaurenier, h. détr., c^ne^ de Traînel (Aube); voyez note 94. Plessis-

1 Ici commence la quatrième bande du rouleau. Cette bande est plus étroite, de trois centimètres environ, que les premiers segments. Peut-être, doit-on en conclure que les déclarations qui y sont contenues sont quelque peu postérieures aux précédentes.

Plessetum *dou Mes,* domum, terras, vineas : XL libratas terre. Milo de *Thori* tenet de ipso apud *Vilers Bounex* nescit quid.

IV

FEODI DE COLUMBARIO[1]

156. — Domina Beatrix de Mota tenet de doario, apud Motam, fortericiam, terras, molendinum : circiter X libratas terre. Johannes *Harans des Haies* tenet de ipsa apud Haias circiter L libratas terre. *Adans dou Chane* et frater ejus tenent de ipsa medietatem escasure Theobaldi de Mota, clerici. Debet gardam per sex eddomadas.

157. — Dominus Theobaldus de *Cigneel* tenet domum fortem de *Cigneel* cum porprisio, et homines et censivas de Monte *Guillon*, XX solidatas terre, et in foresta de *Maant* IIII^{xx} arpenta nemoris. Johannes Morellus, frater ejus, tenet de ipso apud *Monguillon* circiter X solidatas terre.

158. — Dominus Johannes de Cigneello tenet, de rege, gruariam VI^{xx} arpentorum nemoris *aux Boutez*, de dono regis.

du-Mée (Yonne); Toury, h., c^{ne} d'Hermé (Seine-et-Marne); Villers-Bonneux (Yonne).

156. — La Motte, f., anc. château, c^{ne} de Maisoncelles (canton de Coulommiers); le Chêne, f., c^{ne} de Beautheil (Seine-et-Marne).

157. — Signets, h., c^{ne} de Signy-Signets ; Montaiguillon, h., c^{ne} de Saint-Germain-lès-Couilly ; forêt du Mant comprise en grande partie dans les c^{nes} de Villemareuil, Pierrelevée et de Saint-Jean-les-deux-Jumeaux (Seine-et-Marne).

158. — Signets, h., c^{ne} de Signy-Signets (Seine-et-Marne).

1 Le rôle de Coulommiers se compose de trois bandes de parchemin.

159. — Theobaldus de Mota, armiger, tenet de rege domum fortem de Mota, cum porprisio, et terras circa : circiter X libratas terre ; et de escasura Theobaldi, patrui sui, CL solidatas terre. Domus de Haia movet de ipso cum terris : circiter X librate terre. Dominus Girardus de Quercu tenet de ipso domum de Quercu cum terris nescit quantum. *Jehanins* de Allodio[1] tenet de ipso terras, censum circa Montes : circiter C solidatas terre. Debet gardam per sex septimanas, ut dicit.

160. — Johannes de *Montcuchet*, armiger, tenet domum suam de *Montcuchet*, terras, terragia, censivas in eadem villa, usuagium in Medanto, ut dicit : circiter XX libratas. Thomas, frater ejus, tenet de ipso, apud *Saint-Perreale* et apud *Cueve* in castellania de Ulcheio, circiter XX libratas terre. Dominus Hugo de *Ermentieres* tenet de ipso apud *Montcuchet* terras : circiter C solidatas terre. Soror sua tenet de ipso apud *Montcuchet* C solidatas terre. Non debet gardam ut dicit.

161. — Domina Lucia de Cantu Merula tenet domum Cantus Merule, terras, homines ; et apud *Triangle* et apud Villaria : circiter IIII^{xx} libratas terre ; et apud Columbarium plateam, censum : III solidos census. Debet gardam per tres menses ut dicit ; scripta dicunt quod debet eam simpliciter.

162. — Domina Ida de *Noue-Courte*. Perrinus, filius ejus,

159. — La Motte, f., anc. château, c^{ne} de Maisoncelles ; le Chêne, f., c^{ne} de Beautheil ; l'Alleu, f. détruite, c^{ne} de Saints (Seine-et-Marne).

160. — Montguichet, h., c^{ne} de Signy-Signets (Seine-et-Marne). Sur la forêt du Mant, voyez la note 158. Saint-Pierre-Aigle, Cœuvres, Armantières, Oulchy-le-Château (Aisne).

161. — Chantemerle, f., c^{ne} d'Aulnoy ; Triangle, h., c^{ne} de Coulommiers ; Villiers, h., c^{ne} d'Aulnoy (Seine-et-Marne).

162. — Nouecourt ou Nouecourte, vill. disparu : on trouve encore en 1326, un « Pierre de Noecourt, escuier » (T. Du Plessis, *Hist. de l'église de Meaux*,

1 Le scribe avait d'abord écrit : « Oddetus, frater ejus, et Jehanins de Allodio, » puis il n'a conservé que ce dernier nom.

dicet *[sic]* pro ea (quod) tenet partem furni de Columbario, et justiciam in terra sua de *Montangleaut*, et LXXVI arpenta nemoris in Medanto cum justicia. Non debet gardam, ut dicit.

163. — Petrus de *Noue-Courte*, armiger, tenet de escasura quod ei debet evenire ex parte matris, et terciam partem treffondi XXIII arpentorum nemoris apud *Chevru*.

164. — Domina Eustachia de Noa Curta tenet de doario domum de Noa Curte, et justiciam ville, et apud *Chesu* censum, terras, nemus : circiter VI libratas terre. Robertus de *Chesu* tenet de ipsa, apud *Chesu*, X libratas terre. Domina Ida de Noa Curta tenet de ipsa justiciam de Noa Curta. Debet gardam per II menses.

165. — Guillelmus de Vivario, armiger, (tenet) de rege domum de Vivario cum porprisio, medietatem justicie de *Courtevrout*, terras et alia : circiter XVI libratas terre. Petrus, frater ejus, tenet de ipso domum et quicquid habet in appendiciis de Vivario : VII libratas terre. Dominus Garinus *d'Orcheux* tenet de ipso, apud *Cortevrout,* C solidatas. Dominus Guillelmus de *Volangi* tenet de ipso *apud Volangi* hospites, censum, nemus : circiter XII libratas terre. Domina Maria de *Mariavales* tenet de ipso domum suam et villam de *Mariavales*: X libratas terre. Johannes de Monte Omeri tenet de ipso, apud *Cortevrout* et in appendiciis de Vivario, circiter X libratas terre. Johannes *Marcadez* tenet de ipso feodum de *Coudes:* C solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

t. II, p. 209), Montanglaust, h., c^ne^ de Coulommiers ; la forêt du Mant (Seine-et-Marne).

163. — Nouecourt, voyez la note 162 ; Chevru (Seine-et-Marne).

164. — Nouecourt, voyez la note 162 ; Chéru, f., c^ne^ de Pommeuse (Seine-et-Marne).

165. — Le Vivier, anc. château, c^ne^ de Coutevroust (Seine-et-Marne); Orcheux, h., c^ne^ d'Eve (Oise); Voulangis, h., c^ne^ de Saint-Martin-lès-Voulangis ; Montaumer, ch., c^ne^ de Coutevroust ; Coutevroust ; Coude, moulin, c^ne^ de Dammartin-en-Brie (Seine-et-Marne).

166. — Hugo de Plesseto juxta Sanctum Remigium, clericus, tenet medietatem domus de Plesseto, et XV arpenta terre et V solidos census in eodem loco. Dominus Johannes de Challiaco, presbyter, tenet de ipso XVI arpenta terre in parrochia Sancti Remigii. Debet gardam per XL dies.

167. — Johannes, armiger de *Morois* [1], tenet domum de *Morois*, nemus, avenas, justiciam cum appendiciis de *Mourois*, preter XX arpenta que sunt de censu prioris de Rodolio et aliorum. Item, tenet gruariam LX arpentorum nemoris de *Bulemer*, et id quod habet apud *Ruparfont*, domum, terras, nemus : circiter IIII^{xx} libratas terre. Debet gardam ut dicit.

168. — Domina Emelina de *Leuses* tenet apud *Previler* et apud *Sacueses* avenas, coustumias, prata : circiter LX solidatas terre.

169. — Dionisius de Sancto Simeone tenet de rege domum, terras apud Sanctum Simeonem et Bordas : XXXVI arpenta terre in quibus fratres sui et Oddetus de Plesseto tenent de ipso partes suas.

170. — Arnulphus de *Montanglaut* tenet terras *dou Corbier*, justiciam, Faiacum Bancelini, et *Courtrant*, et *Biau-*

166. — On ne trouve plus auprès de Saint-Remy (Seine-et-Marne) de localité dite le *Plessis;* Chailly-en-Brie (Seine-et-Marne).

167. — Mauroy, h., c^{ne} de Doue; Reuil (Seine-et-Marne).

168. — Prévilliers, h., c^{ne} de Boutigny; Grande et Petite Choqueuse, ff., c^{ne} de Jouarre (Seine-et-Marne).

169. — Saint-Siméon; les Grandes et Petites Bordes, h., c^{ne} de Saint-Siméon (Seine-et-Marne). Le Plessis, localité détruite, c^{ne} de Saint-Remy; voyez l'article 167.

170. — Montanglaust, h., c^{ne} de Coulommiers. Le Corbier, h., c^{ne} de Jouy-le-Châtel; cependant le *Corbier* de notre texte pourrait être une localité différente, comprise à la fin du XIII^{e} siècle dans la sergenterie de Coulommiers (*Extenta Campanie*; aux Archives nationales, K 1153); Fay-Banchelin, h., c^{ne} de Chailly-en-Brie; Cordran, f, c^{ne} d'Amillis; Beaufour, h., c^{ne} d'Amillis; Pisseloup, m^{in}, c^{ne} d'Amillis; Giremoutiers; Ranchien, h., c^{ne} de Marolles (Seine-et-Marne).

---

1 Il y avait d'abord : « Domina de *Morois.* »

fou, molendinum et vivarium de *Pisselou :* circiter LX libratas terre. Petrus, frater ejus, tenet de ipso domum de *Montangleaut* cum appendiciis, et furnum de Colombario : circiter XXX libratas terre ; et censum, et hospites de *Gimoutier*. Johannes, frater ejus, tenet de ipso hereditatem suam totam : circiter LX libratas terre. Domina Lucia tenet de ipso, apud *Ranchiens*, X libratas terre. Johannes de *Biaufou* tenet de ipso, et mater sua, VI^{xx} libratas terre. Debet gardam per sex eddomadas, ut dicit, et scripta dicunt per V menses [1].

171. — Dominus Guillelmus de Sancto Remigio tenet domum suam juxta pontem, terras, prata : circiter XXX arpenta. Non debet gardam.

172. — Johannes de *la Bretonniere* tenet de rege domum de *Meroles*, XL arpenta terre in eodem loco, molendinum et medietatem vivarii. Dominus Robertus de *Ranchiens* tenet de ipso circiter X arpenta terre. *Perroz de Ranchiens* tenet tantumdem.

173. — Petrus de *la Hante*, armiger, tenet de rege domum suam de *la Hante*, et XVI arpenta terre, et tres hostisias, avenas, justiciam. Item, tenet, de alio homagio, XII arpenta terre et tres solidos census de emptione domini Henrici *Tuebuef* apud *la Hante.*

174. — *Perrins de Champgrant* tenet apud *Champgrant* domum et VI^{xx} arpenta terre, L solidos census, XI sextarios avene, cappones et foacias. Simon, frater ejus, tenet partem suam in predictis. Michael de *Montangleaut* tenet de ipso, apud Culturam juxta *Morout*, XV arpenta terre. Debet

171. — Saint-Remy (Seine-et-Marne).

172. — La Bretonnière, h., c^{ne} de Chailly-en-Brie ; Marolles, Ranchien, h., c^{ne} de Marolles (Seine-et-Marne).

173. — La Hante, f., c^{ne} de Marolles (Seine-et-Marne).

174. — Montanglaust, h., c^{ne} de Coulommiers ; la Couture, f., c^{ne} de Mouroux (Seine-et-Marne).

---

2 Sans doute à la suite d'une enquête, on a réduit cette dernière phrase de la manière suivante : « Debet gardam per V menses. »

gardam per sex eddomadas; scripta dicunt quod debet eam simpliciter.

175. — *Robins de Champgrant* tenet domum de *Champgrant* cum omnibus terris apud *Montanglaut*, avenam et cappones, censum, talliam, prata de *Rovile*, apud Columbarium censivas, apud *Rovile* coustumias, et apud *Chamsevreur* : circiter XX libratas terre. Non debet gardam [1].

ISTI SUNT SERVIENTES [2].

176. — Paganus de *Trambloi* debet tenere domum suam de *Trambloi* et quinque arpenta terre de feodo regis, sed non fecit homagium.

177. — Lucas de *Franchevile*, serviens, tenebat domum suam cum censu, terris. Excidit filiabus suis; non fecerunt homagium. Et Gilo, Regina, et dominus Stephanus de *Pontmollen*, et Thomas de *Corbevile*, et Johannes frater ejus, Petrus Burgundus, Lambertus de *Chesu*, tenent de feodo isto retrofeodos.

178. — Johannes, clericus, de Plesseto, tenet sex arpenta.

179. — *Oudarz*, filius Barbe, tenet circiter XX arpenta terre.

180. — *Roussiaux de Maupertuix*, homo abbatis Res-

175. — Montanglaust, h., c^ne de Coulommiers; Rouville, f., c^ne de Beautheil (Seine-et-Marne).

176. — Le Trembloy, h., c^ne de Chevru.

177. — Francheville, h., c^nes de Giremoutiers et de Coulommiers; Pontmoulin, h., c^ne de Coulommiers; Corbeville, h., c^ne de Giremoutiers; Chéru, f., c^ne de Pommeuse (Seine-et-Marne).

178. — Sans doute le Plessis-lès-Saint-Remy, voyez l'article 167.

180. — Maupertuis, Rebais (Seine-et-Marne).

---

1 On a rayé ce qui suit : « ut dicit; scripta dicunt quod debet. »

2 Malgré l'absence totale de marge, le scribe a cherché à relier les articles 176 à 188, au moyen d'une sorte d'accolade, et leur a donné le titre suivant : « ISTI SUNT SERVIENTES. » Nous avons placé ce titre en tête de la série des déclarations des sergents.

bacensis, tenet ex permissu regis domum de *Maupertuix* et triginta arpenta terre in feodo, et antecessores sui tenuerunt ab antiquo.

181. — *Henris de l'Espinoi*, serviens, homo abbatisse Jotrensis, tenet justiciam de *l'Espinoi*.

182. — *Droins* de Meso Augeri, clericus, tenet, cum illis qui tenent de ipso, IIII^{xx} arpenta terre cum IIII^{or} hostisiis in territorio de Mesoncellis.

183. — *Jacquins de Corroi*, homo regis de corpore, tenet tria arpenta apud *Corroi*. Decem rustici, vicini sui, tenent de ipso nescit quid vel quantum.

184. — *Robins* de Fonte, homo abbatis Resbacensis, tenet apud Challiacum unum feodum de quo debet servicium. Duodecim vicini sui tenent de ipso, de eodem feodo, XIIII arpenta.

185. — *Thomas des Aunoiz*, homo regis, et illi qui tenent de ipso, tene(n)t duas hostisias et triginta jornellos terre *aus Aunoiz et à la Chiese*.

186. — *Perres de Montangleaut*, homo regis, et illi qui tenent de ipso tenent et quinque hostisias et triginta jornellos terre apud *Montangleaut*.

187. — *Michel de la Couture*, homo abbatisse (Jotrensis), et illi qui tenent de ipso tenent quatuor hostisias et duos jornellos terre.

188. — *Raous dou Jarrieu*, homo regis, et illi qui tenent de ipso tenent quinque hostisias et X jornellos terre.

181. — L'Épinoy, f., c^{ne} de Saints; Jouarre (Seine-et-Marne).
182. — Méroger, h., c^{ne} de Maisoncelles; Maisoncelles (Seine-et-Marne).
183. — Les Courrois (?), h., c^{ne} de Coulommiers (Seine-et-Marne).
184. — Rebais, Chailly-en-Brie (Seine-et-Marne).
185. — Les Petits-Aulnois, h., c^{ne} de Chailly-en-Brie (Seine-et-Marne).
186. — Montanglaust, h., c^{ne} de Coulommiers (Seine-et-Marne).
187. — La Couture, h., c^{ne} de Chailly-en-Brie (Seine-et-Marne).
188. — Le Jariel, h., c^{ne} de Jouy-sur-Morin (Seine-et-Marne).

189. — Dominus *Adam Harans* [1] *de Maupertuix* tenet, de hereditate, domum fortem et villam de *Maupertuix* cum appendiciis, preter Sanctum Augustinum et *Buisseel*, justiciam et filum aque, et cheminum ferratum a capite Mesi usque ad cheminum *crouisié* de Genesta. Item, tenet Mesum *Erminier* de eodem homagio : circiter IIII^{xx} libratas terre. Heredes de Mota tenet de ipsa, apud *Chamdelou*, circiter X libratas terre. *Louviaux*, filius ejus, tenet de ipsa apud *Chamdelou* C solidatas terre. *Barriex de Seint* tenet de ipsa domum suam de *Seint*, et id quod habet apud rivum de Allodio. Henricus de Pomora tenet de ipsa id quod (habet) apud *Tilloi* et apud *Espiers :* LX solidatas terre. Domicella de *Courleun* tenet de ipsa id quod habet apud *l'Espinoi* et rivum de Allodio. De garda debet dicere infra Pasca [2]. Dominus Guillelmus *Bertheliers* tenet de ipsa apud Columbarium, domum, censum, terras, vineas. Et filius Giliberti Joculatoris, apud *Espiers*, dimidium modium bladi. Et Henricus de *Pomeure*, apud *Espiers* et apud *Tilloi* in parrochia de Sanctis, nescit quid. Debet gardam sicut scripta dicunt : debet estagium [3].

190. — Dominus Guillelmus de Doa tenet domum fortem de Doa [4], et gruariam de VII^{xx} IIII^{or} arpenta nemoris in stanno suo et IIII arpenta sub calceia stanni sui. Scripta dicunt quod debet gardam per tres menses.

189. — Maupertuis, Saint-Augustin; Bisset, h , c^{nes} de Saint-Augustin et de Faremoutiers; le Chemin Ferré, ancienne voie romaine allant de Beauvais à Troyes par Meaux et Chailly et indiquée dans la table de Peutinger (cette voie passe à Saint-Augustin); la Motte, f., c^{ne} de Maisoncelles; Chanteloup, Saints; *rivus de Allodio*, ruisseau qui coule sur le finage de Saints et doit son nom à la ferme de l'Alleu, appelée improprement *la L'Œf* par Cassini; Pommeuse; Tilloy, f., c^{ne} de Saints; Epiais, h., c^{ne} de Saints; Courbon (?), h., c^{nes} de la Celle et de Guérard : l'Epinoy, f., c^{ne} de Saints; Saints (Seine-et-Marne).

190. — Doue (Seine-et-Marne).

1 On avait d'abord écrit : « Domina de Maupertuix. » Cette première rédaction a laissé des traces dans la suite de l'article.

2 Cette phrase a été barrée.

3 Cette phrase a été modifiée de cette manière : « Debet gardam sive estagium. »

2 L'article se terminait primitivement à cet endroit de la façon suivante : « Non debet » gardam, ut dicit ; scripta dicunt quod debet. »

191. — Johannes *Lupillons* tenet, apud *Chamllandot*, terras : XL libratas terre. Item, tenet, de alio homagio, domum de *Chamllandot* cum terris et appendiciis.

192. — Dominus Thomas de Chailliaco tenet apud Orlliacum tres partes, terras, censum : VI libratas terre. Item tenet, de alio homagio, unum arpentum saliceti juxta Columbarium. Stephanus *d'Orlli*, armiger, tenet de ipso, apud Orlliacum, XX libratas terre. Non debet gardam.

193. — *Thomassez* de Alneto tenet domum suam de Alneto cum porprisio, et, apud *la Houxiere*, XL arpenta terre. Non debet gardam, ut dicit.

194. — Dominus Guido de Sancto Martino juxta Creciacum tenet domum, terras, prata, vineas et integre id quod habet in villa : circiter XL libratas terre. Galterus, frater ejus, tenet de ipso, in eodem loco, XXX libratas terre. Domina *Jaque* tenet in eodem loco X libratas terre. Prior, nepos ejus, tenet in eodem loco XII libratas terre. *Bridous* tenet ibidem XX libratas terre. Debet gardam per II menses.

195. — Robertus de *Poissi* tenet ex parte uxoris sue, apud *Maurroi*, domum, terras, terragia, usuarium, censum, justiciam : circiter XX libratas terre. Non debet gardam ut dicit.

196. — Henricus de Pomora debet tenere, de escasura fratris sui, medietatem domus fortis de Pomora, justicie, redditum : circiter IIII libratas terre, salvo jure sororie sue. Domina Emelina tenet de hoc feodo, ibidem, XL soli-

191. — Chalendos, ch., c^ne de Chauffery (Seine-et-Marne).

192. — Chailly-en-Brie, Orly (Seine-et-Marne).

193. — Aulnoy ; la Houssière, ch., c^ne d'Aulnoy (Seine-et-Marne).

194. — Saint-Martin, h., c^ne de Saint-Martin-de-Voulangis (Seine-et-Marne) ; ce hameau qu'il importe de distinguer du chef-lieu de la commune, est situé non loin de la rive gauche du Grand-Morin, en face du village de la Chapelle-sur-Crécy.

195. — Mauroy, h., c^ne de Doue (Seine-et-Marne).

196. — Pommeuse (Seine-et-Marne).

datas terre. Debet gardam per mensem, ut dicit ; debet dicere infra Pasca.

197. — Dominus Johannes de Grangia *Juten* tenet IIII^{or} modios avene apud *Sameron*, de dono regis.

198. — Dominus Gilo de Nigella tenet XL arpenta nemoris in Medanto.

199. — Dominus Galterus de Sancto Dionisio tenet domum fortem de Sancto Audoeno, terras, prata, vineas, homines, justiciam, nemus, et apud Buxerias et apud Ulciacum : circiter XXII libratas terre ; apud *Chauconnin* in castellania Meldensi, domum, justiciam, homines : que estimat circiter VII libratas terre. Nepotes sui [1] tenent de ipso medietatem eorum que habent apud *Chauconnin* : IIII libratas terre. Tenet etiam, apud Sanctum Audoenum et apud Citriacum, XX libratas terre. Droetus de Sancto Suppleto tenet de ipso, apud *Chauconnin*, LX solidatas terre.

200. — Dominus *Alliames de Chivres* tenet domum fortem de *Hondivilers*, terras, prata, hospites, videlicet quicquid habet apud *Hondivilers :* circiter XX libratas terre. Non (debet) gardam ut dicit.

201. — Domina de Cigniaco tenet domum fortem, villam de Cigniaco cum appendiciis, et nemora et gruariam de Cigniaco, et gruariam nemoris de *Chanel*. Dominus Hugo de Ermenteriis tenet de ipso, *à Balliaux*, hostisias et id quod ibi habet. Et integre quicquid illi de Ermenteriis tenent apud *Balliaux* est de feodo de Cigniaco. Dominus

197. — La Grange-Justin, h., c^{ne} d'Aulnoy ; Sameron (Seine-et-Marne).

198. — Nesles-la-Gilberde ; la forêt du Mant (Seine-et-Marne).

199. — Saint-Denis-lès-Rebais, Saint-Ouen, canton de Rebais ; Bussières, Ussy, Chauconin, Meaux, Maincy (?) ; Citry, Saint-Soupplets (Seine-et-Marne).

200. — Chives, h., c^{ne} de Jaignes ; Hondevilliers (Seine-et-Marne).

201. — Signy-Signets, Armentières ; le Grand et le Petit-Balleau, ff., c^{ne} de Signy-Signets ; les Deux-Jumeaux, h., c^{ne} de Saint-Jean-les-Deux-Jumeaux (Seine-et-Marne).

---

1 On avait d'abord écrit : « *Mallars* de Minciaco ; » ce nom, qui pouvait être celui d'un des neveux de Gautier, a été exponctué.

Oddo de Fontanis tenet de ipsa ad Duos Gemellos XX libratas terre. Dominus Th., gener suus, tenet maritagium uxoris sue, de marito ipsius domine. Non debet gardam, ut dicit.

202. — Robertus de *Poissi*, armiger, tenet apud *Maurroi* domum.

203. — Dominus Theobaldus de *Cornellon* tenet domum suam de Meso, cum porprisio et nemore et terris: circiter XXX arpentis terre; et apud Pomoram circiter C solidatas terre in quibus quedam domina habet partem. Relicta Johannis de *Pomore* tenet de ipso, apud Pomoram, C solidatas terre. Item, tenet, de hereditate uxoris sue, quinque modios et dimidium bladi apud Cigniacum. Non debet gardam, ut dicit.

204. — Dominus Guillelmus *Rigauz* de Villariis tenet apud Sanctum Ciricum avenas, et gallinas et homines : X libratas terre.

205. — Coletus de *Pompoune* tenet apud Sanctum Germanum et quicquid ibi habet: XXXV libratas terre. Heredes domini Fulcheri de *Leuses* tene(n)t de ipso, ibidem, XII libratas terre. Debet gardam Meldis per duos menses.

206. — Dominus Erardus de Gallanda tenet domum fortem de Mala Domo cum appendiciis, terris, nemoribus : circiter M V^{c} arpenta, vel plus; et quicquid habet apud *Guerart* et in territorio, et apud Cellam et apud *Bruel*[1]. Item, tenet de alio (homagio) castrum *d'Aunoi* cum appendiciis, et

202. — Mauroy, h., c^{ne} de Doue (Seine-et-Marne).

203. — Cornillon, localité englobée par Meaux; le Mée, f., c^{ne} de Saints; Pommeuse; Signy-Signets (Seine-et-Marne).

204. — Villers-les-Rigaux, h., c^{ne} de Congis; Saint-Cyr (Seine-et-Marne).

205. — Pomponne, Saint-Germain-lès-Couilly, Meaux (Seine-et-Marne).

206. — Galande, fief compris dans Paris dès le temps de Philippe-Auguste; la Malmaison, ch., c^{ne} de Mortcerf; Guérard, la Celle-sur-Morin (Seine-et-Marne); le Breuil; Aulnay-le-Château, loc. détr., c^{ne} d'Aulnay-l'Aître; Maurupt, Soulanges, Ablancourt, Omey (Marne).

1 Tout ce qui, dans cette phrase, suit le mot *tenet* a été rayé, mais se retrouve dans une nouvelle déclaration du fief d'Erard de Galande, n° 213.

Mauru cum appendiciis et quicquid habet apud *Solanges*, et apud *Ablancourt* et apud *Aumés*.

207. — Dominus Petrus de *Pontmollen*, sicut uxor sua dixit, tenet domum de *Ponmoullen* et totam villam et terras usque ad domum Templariorum, preter duos homines : circiter XXV libratas terre. Dominus Stephanus, frater mariti sui, tenet de ipso XX libratas terre. Et dominus Herbertus de Meriaco : XII libratas terre. Dominus Johannes de *Pontmolen* : C solidatas terre. Thomas de Sancto Simeone : VII libratas terre.

208. — Dominus Hugo de *Cornellon* tenet unam domum in Medanto, et VI^{xx} arpenta nemoris circa domum, et gruariam sexaginta arpentorum nemoris in foresta de Joiaco.

209. — Dominus Henricus de *Lusenci* tenet X libras in pedagio de Columbario.

210. — Dominus Petrus de Monte Omeri tenet domum suam fortem de Monte Omeri, prata de *Coulli*, et molendina, et feodum quod tenebat de domino Simone de Marolio, clerico, pro quo rex dedit XX libras. Domina de Mota et Gilo, frater ejus, tenent de ipso Molendinum *Gaart* et XXVI arpenta terre. Domina Margareta, relicta domini Roberti de Vallibus, tenet domum suam, et nemus juxta domum et totam terram de Vallibus, preter tria arpenta. Item, tenet apud *Montegni* et *Pontmoullen* et Columbarium, ratione dotis et ballio, circiter XX libratas terre. Negat gardam [1].

207. — Pontmoulin, h., c^{ne} de Coulommiers; Méry-sur-Marne (?), Saint-Siméon (Seine-et-Marne).

208. — Cornillon, faubourg de Meaux ; la forêt du Mant, la forêt de Jouy comprise en grande partie dans la c^{ne} de Chenoise (Seine-et-Marne).

209. — Lusancy (Seine-et-Marne).

210. — Montomer, ch., c^{ne} de Coutevroust ; Couilly, Mareuil-lès-Meaux ; la Motte, m. détr. et située près de Coutevroust, comme l'indique l'article 212; Vaux, h., c^{ne} de Mouroux; Montigny, h., c^{ne} de Chailly-en-Brie; Pontmoulin, h., c^{ne} de Coulommiers.

1 Ces deux derniers mots ont été rayés.

211. — Dominus Oddo de Monte Galteri tenet domum et XL arpenta terre. Renaudus *Judas* tenet duos solidos census. *Houdrez* de Campo Salemonis tenet de ipso X solidos redditus.

212. — Domina Isabella de Mota juxta *Courtevrout* tenet domum de Mota et X arpenta terre, et X nemoris, et medietatem justicie de *Courtevrout*. Domina Philippa de *Doain-Vile* tenet de ipsa apud *Courtevrout*, de duobus feodis, XL libratas terre.

213. — Dominus Erardus de Garllanda tenet de rege, de hereditate patris, domum fortem de Mala Domo cum appendiciis, terras, prata, bladum, avenas, redditus, nemora: circiter M et V^{c} arpenta, et quicquid habet apud *Guerart* et apud Cellam ; et, in castellania de Castro Theodorici, villam de *Bruel* cum appendiciis et nemora. Uxor domini *Jehanins de Touquin* tenet de ipso, in nemore de *Touquin*, VI^{xx} arpenta nemoris et LX gallinas. Dominus Johannes de Preserchiis tenet duas partes ville de *Preserches*, et XL arpenta nemoris circa villam. Dominus Renaudus de Nigella tenet de ipso apud *Guerart* terras arabiles. Et dominus Johannes *Hurez* : apud *Guerart* terras arabiles. Et Guillotus de Vallibus: apud *Guerart* terras arabiles. Et domina Maria de *Guerart* : terras, prata, vineas apud *Guerart*. Domicella Priorissa de Sanctis tenet, apud Malam Domum, XL arpenta nemoris infra metas de *Guerart*. De garda nichil dixit.

214. — Johannes *Piz d'Oe* tenet apud *Francheville* XL arpenta terre et prati, census, bladum, plateam domus et grangie. Gardam non debet, ut dixit.

212. — La Motte, m. détr., c^{ne} de Coutevroust; Coutevroust ; Dainville, h., c^{nes} de Coutevroust et de Villiers-sur-Morin (Seine-et-Marne).

213. — Galande, fief compris dans l'enceinte de Paris dès le début du XIII^{e} siècle ; la Malmaison, ch., c^{ne} de Mortcerf; Guérard, la Celle-sur-Morin (Seine-et-Marne); le Breuil (Marne); Touquin, Pezarches, Nesles-la-Gilberde, Vaux h., c^{ne} de Mouroux ;Saints (Seine-et-Marne).

214. — Francheville, h., c^{nes} de Giremoutiers et de Coulommiers (Seine-et-Marne).

215. — Simon de *Moro*, homo abbatisse Faremonasterii, tenet de rege sex arpenta terre et vinee apud *Boisses* et apud *Morou*.

216. — Domina Matildis de *Rarai* tenet fortericiam de *Touqin* cum appendiciis, et voarias et conductum mercati de Rouseto.

217. — Dominus Guillelmus *d'Amilis* tenet domum fortem et quicquid habet apud *Amilis* et in parrochia: circiter VIII^{xx} libratas terre ; preter hoc quod habet in justicia feodi episcopi Meldensis. *Gauchers d'Amilis* tenet de ipso, ibidem, XV libratas terre. Oddo de *Courgivout* tenet de ipso, ibidem, X libratas terre; *Arnous de Montangleaut:* VII libratas terre. De garda non dixit et sciendum quod, sicut scripta dicunt, omnes filii Henrici de Bordis debent esse homines regis.

218. — Dominus Johannes *d'Atilli* tenet domum suam in parrochia Sancti Remigii, cum porprisio, et XV libratas terre ultra Mucram, ex parte Sancti Remigii. Neptes sue tenent, de ipso, id quod habent in parrochia Sancti Remigii; sed non potest ipsas garentire, quia pater earum fuit primogenitus. Homines de *Chammaçon* tenent de ipso C solidatas terre.

219. — Domina de Pressiaco tenet, de dote et ballio, apud *Limegni* et circa, domum et alia, et apud Vovam domum : octoginta libratas terre. *Perrins* de Tusquino tenet octoginta libratas terre quas partita fuit cum dicta terra, et partem suam feodorum. Dominus Galo de Fossa tenet ab ip-

215. — Mouroux, Faremoutiers (Seine-et-Marne).

216. — Touquin, Rozoy-en-Brie (Seine-et-Marne).

217. — Amillis, Meaux (Seine-et-Marne) ; Courgivaux (Marne) ; Montanglaust, h., c^{ne} de Coulommiers; les Bordes, h., c^{ne} de Saint-Siméon (Seine-et-Marne).

218. — Saint-Remy (Seine-et-Marne) ; le Grand-Morin, affluent de la Marne ; Chaimasson, f., indiquée par Cassini, c^{ne} de Saint-Léger (Seine-et-Marne).

219. — Pecy (?), Lumigny ; Saint-Pierre-en-Veuve, h., c^{ne} de Coulommiers; Touquin (Seine-et-Marne). Guillaume [de Bray], doyen du chapitre de l'église cathédrale de Laon, a déjà été nommé plus haut dans le rôle de la châtellenie de Bray. Ormeaux, Favières, la Chapelle-Iger, Vaudoy, Doue; Vigneau, ch.,

sis, in decima de *Limegni,* X sextarios bladi per medium. Dominus Guillelmus, decanus Laudunensis, tenet C libratas terre apud *Limigni* vel circa, de ipsis. Robinus, cambellanus, tenet domum suam et octo arpenta terre apud *Limegni.* Presbyter de *Limegni* de ipsis tenet unam bordam, et V arpenta terre et XVIII denarios census. Dominus Johannes de *Ormiaux* tenet XXX arpenta nemoris et IIII^{or} terre. Dominus Petrus de Faveriis tenet XII arpenta ad Capellam Igerii, et XII solidos census apud Voudeium et *Champardun.* Dominus Johannes de Doa tenet C solidatas terre : non dicit locum. Domina de Visen... tenet de ipsis, sed non reaccepit. Debet gardam pro feodo de *Limegni* per duos menses et, pro feodo de Vova, partem garde pro feodo Theobaldi de Vova.

Item, domina de Pressiaco tenet, pro dote et ballio, vicecomitatum : circiter octoginta libratas terre ; et C solidatas, et XVIII arpenta nemoris in Medanto in qua *(sic)* rex habet gruariam. Dominus Petrus de Noa tenet de ipsis XII libratas terre. Et Guiardus de Alneto : XII libratas terre. Et Stephanus de Chesiis : XX libratas terre. Et domina Thomassa de Sancto Germano : XII libratas terre. Et Robinus de *Ver :* IIII^{or} libratas. *Robins de Champgrant :* XII libratas. Filius Bertrandi de Alnetis : IIII^{or} libratas. Dominus Ansellus de Duobus Gemellis : XL solidatas. Dominus *Robert de Noisi :* XL solidatas. Castellanus de *Mirevaut :* XV libratas.

220. — Dominus Johannes de *Cornellons* tenet, in augmentum feodi sui, centum arpenta pelusiorum in parrochia de Tusquino. Dominus Hugo, frater ejus, tenet de ipso quicquid habet apud Plessetum, preter fortem do-

c^{ne} de Jouy-le-Châtel ; la forêt du Mant ; la Noue, ch., c^{ne} de Saint-Jean-les-Deux-Jumeaux ; Aulnoy ; les Chaises, h., c^{ne} de Doue ; Saint-Germain-sous-Doue, Vaires (?) ; les Petits-Aulnois, h., c^{ne} de Chailly-en-Brie ; les Deux-Jumeaux, h., c^{ne} de Saint-Jean-les-Deux-Jumeaux ; Mirevault, châ., c^{ne} de Pecy (Seine-et-Marne).

475. — Guillelmus de *Planoi*, miles, juratus, tenet domum suam fortem de *Planoi*. Item, tenet medietatem terre quam habet in eodem loco de domino Campanie, quam estimat XXV libratas terre et amplius. Aliam medietatem tenet de domino de *Tournanz*. Item, tenet de ipso Johannes de *Cornellon* quamdam partem rerum quas tenet apud Plessetum Ansoudi. Item, Guillelmus, armiger de Voudeio, tenet de ipso apud Voudetum circiter L solidatas terre de feodo regis. Item, Theobaldus, frater domini Guillelmi de *Planoi*, tenet de ipso, apud *Planoi*, circiter VII libratas terre de quibus medietas est de domino de Tornanto. Item, domina Matildis de *Planoi* tenet de ipso, apud

473. — Mirevault, h., c^ne^ de Pécy; Pécy, Nesles-la-Gilberde (Seine-et-Marne).

474. — Gloise, ch. ruiné, c^ne^ de Vaudoy (Seine-et-Marne).

475. — Planoy, h., c^ne^ de Voinsles; Tournan; Cornillon, fief compris aujourd'hui dans l'enceinte de Meaux; le Plessis-Feu-Aussoux, Vaudoy, Jouy-le-Châtel (Seine-et-Marne).

Planoi, circiter centum solidatas terre de quibus medietas est de feodo domini de Tornanto. Item, Theobaldus, frater ejus, tenet apud Voudetum circiter LX solidatas terre, sine domino de Tornanto. Gardam debet apud Joiacum per mensem.

476 [1]. — *Milez de Joi*, armiger, juratus, tenet post mortem matris sue domum fortem de *Visenuel*. Item, tenet censum apud *lou Corbier*, et in ballia *dou Corbier* circiter LX libras redditus; et precipue tenet de rege quicquid tenet de hereditate patris sui, exceptis caruagiis et pratis [2]. Item, tenet domos de Pruvino. Item, tenet XV arpenta nemoris sitis *[sic] aus Bordes* et domum de Bordis. Gardam non debet, ut dicit.

477. — *Adans* de Joiaco, miles, juratus, tenet villam de Grandi Campo et illud quod habet apud *Besion* in censu, avenis, redditibus : circiter XII libratas terre. Tenet eciam, apud Joiacum vel circa, X solidos census. Tenet eciam, a domino Campanie, franchisiam domus in qua manet Laurencius de Villa Nova, sita prope fontem de Valle Pruvinensi. Guillelmus de Courcellis, miles, tenet de ipso domum suam de Courcellis cum nemore et appendiciis : circiter XX libratas terre. Relicta Petri de *Lugiens*, militis, tenet de ipso quicquid habet apud *Lugiens*, sed nescit valorem. Debet gardam per XL dies, ut dicit. Item, Miletus de Joiaco debet tenere de ipso domum suam de Bordis, et XV arpenta nemoris et terram sitam prope Bordas. Sed non vult venire ad homagium ipsius.

476. — Vigneau, ch., c^ne^ de Jouy-le-Châtel ; le Corbier, h., même c^ne^ ; le Val ou la ville basse de Provins ; les Bordes, h., c^ne^ de Chenoise (Seine-et-Marne).

477. — Champgrand (?), c^ne^ de Bazoches-les-Bray ; Bezion, h., c^ne^ de Jouy-le-Châtel ; Courcelles, h., c^ne^ d'Amillis ; les Bordes, h., c^ne^ de Chenoise (Seine-et-Marne).

1 Au-dessus de cet article on aperçoit encore, malgré le grattage qui les a supprimés, les noms de deux feudataires : « Theobaldus de *Courpalai* et Guillelmus de *Courpalai*, » qui reparaissent plus loin, aux articles 485 et 486.

2 Cette phrase se terminait pritivement par les mots : « et domo sua de Pruvino que movet de..., canonico Sancti Quiriaci, » qui ont été barrés et remplacés par la phrase suivante.

478. — Robertus de *Puissiaux*, miles, juratus, dixit quod Robinus filius ejus, qui absens erat, tenet de domino Campanie X arpenta terre sita inter *Puissiaux* et Villam Novam juxta Rosetum in Bria. Johannes de *Puisiaux*, miles, avunculus ipsius Robini, tenet de ipso Robino V^que^ quarteros terre. Emelina, matertera ipsius, tenet unum arpentum. Girardus, consanguineus ejus, tenet duo arpenta. Debet gardam per mensem.

479. — Guillelmus de *Champoutren*, miles, juratus, dixit quod tenet apud *Champoutren* domum suam, et IIII^xx^ arpenta terre et circiter V solidos census. De garda dixit se non debere.

480. — Johannes de Molendino Dato non venit [1].

481. — Johannes de Brolio, miles, juratus, tenet domum fortem de Brolio. Non debet gardam, ut dicit.

482. — Thomas de Charmeia, clericus, juratus, tenet domum suam de Charmeia cum octo arpentis terre, censu, justicia : circiter octo libratas terre. Stephanus de Plesseto tenet de ipso, apud Plessetum *Heubebour*, circiter LX solidatas terre. Filia defuncti *Mallart* tenet, de ipso, circiter VII solidatas terre. Debet gardam per XL dies.

483. — Hugo de *Cornellon*, miles, homo ligius, tenet domum suam fortem de Plesseto Ansoudi. Item, tenet gruariam sexaginta arpentorum nemoris sita *[sic] à Conbles*. Item, tenet in foresta de Medanto domum unam, et centum arpenta nemoris in prepositura de Columbario [2].

478. — Puiseaux, h., c^ne^ de Plessis-Feu-Aussoux ; Villeneuvotte, h., c^ne^ de Rosoy (Seine-et-Marne).

479. — Champotran, ch., c^ne^ de Vaudoy (Seine-et-Marne).

480. — Moulin-Donné, m^in^, c^ne^ de Nesle-la-Gilberde (Seine-et-Marne).

481. — Le Breuil, ch., c^ne^ de Voinsles (Seine-et-Marne).

482. — La Charmoye, f., c^ne^ de Jouy-le-Châtel (Seine-et-Marne).

483. — Cornillon, faubourg de Meaux ; Comble, h., c^ne^ de Chenoise ; la forêt du Mant, comprise dans les communes de Pierrelevée, Saint-Jean-les-Deux-Jumeaux et Villemareuil ; Coulommiers (Seine-et-Marne).

---

1 Cet article a été barré.

2 Les deux dernières phrases de cet article ont été rayées.

484. — Domina de Plesseto juxta Rosetum [1], jurata, tenet apud Plessetum medietatem domus de Plesseto, terras, justiciam, — circiter XXV libratas terre, — et aliam medietatem de Guillelmo, fratre suo.

485. — Theobaldus de *Courpalai*, ultra mare, tenet domum fortem de *Courpalai* jurabilem et reddibilem, et nemus *des Touches* et cousturam *des Touches:* circiter XV libratas terre. Dominus Guillelmus et dominus Petrus, fratres ejus, tenent de ipso feodos de Capella Hugeri ; sed idem Petrus de *Courpalai*, nec uxor dicti Theobaldi, dictos feodos nesciunt nominare. Debet gardam apud Pruvinum per XL dies, sicut dixit dominus Petrus de *Courpalai*. Et secundum antiqua scripta domus est jurabilis et reddibilis [2].

486. — Guillelmus de *Courpalai*, ultra mare, tenet domum suam de *Chamjart* cum proprisio, et LX solidatas terre, sicut dicunt scripta [3], in nemore clauso ante domum predictam, et prata inter dictam domum et pontem. Non debet gardam, ut dicit.

487. — Simon de *Tilloi*, miles, ligius, juratus, tenet domum suam de Voudeio et oscam cum prato, et novem arpenta terre *au Trambloi*, et XIIII denarios census *à la Folie*, et XIIII solidos census in domibus de *Celle*. Non debet gardam, ut dicit.

488. — Relicta Guidonis de Gallanda, militis, tenet do-

484. — Le Plessis, h., c^ne de Nesle-la-Gilberde (Seine-et-Marne).

485. — Courpalay, la Chapelle-Iger, Provins (Seine-et-Marne).

486. — Courpalay; Changear, f. ruinée, c^ne de la Chapelle-Iger (Seine-et-Marne).

487. — Le Tilloy, h.. c^ne de Courpalay; Vaudoy; le Trembloy, h., c^ne de Chevru ; la Folie, f., c^ne de la Chapelle-Iger, indiquée par Cassini (Seine-et-Marne).

488. — Garlande, fief englobé au XIII^e siècle dans l'enceinte de Paris (Seine); Bernay, Coulommiers (Seine-et-Marne).

---

1 On avait écrit d'abord « de Plesseto juxta *Braut.* »

2 Les trois derniers mots de cet article ont été rayés.

3 Cette allusion aux anciens titres a été supprimée.

mum suam fortem de *Bernai*. Gilo *Chevriaux*, miles, tenet de ipsa X libras in pedagio de Columbario.

489 [1]. — Uxor Ansselli de Gallanda, juvenis fratris Guidonis de Garllanda, ligia, absens, non venit.

490. — Domina Avelina de *Lugiens* tenet, apud *Baannos*, dimidium modium avene et sex gallinas. Relicta *Escorné* tenet de ipsa, apud *Baannos*, circiter XXX solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

491. — Domina Isabelis, relicta domini Gileberti de Nigella, tenet ratione dotis domum suam, scilicet *la forteresce* de Nigella, cum appendiciis, jurabilem et reddibilem. Non debet gardam, ut dicit.

492. — Johannes de Molendino Dato tenet unam ostisiam et censum in parrochia de *Baannos*, — circiter XXX solidatas terre, — et motam. Debet gardam, sed nescit quid.

493. — Johannes de *la Boniere* tenet domum suam de *la Boniere* cum porprinsio, et nonaginta arpenta in pratis et ter.... Non debet gardam, ut dicit.

494. — Robinus de *Puisiaus*, armiger, tenet sex arpenta terre apud Villam Novam justa *Rosoi*. Et dominus Johannes de *Puisias* tenet de ipso unum arpentum terre situm in eodem loco. Et Emelina de *Puisiaux* tenet de ipso duo arpenta terre in eodem loco. Debet gardam per mensem.

495. — Domina de *Visenuel* tenet de doario domum de *Visenuel*, et partem census *dou Corbier*, et partem suam in

489. — Garlande, fief englobé au XIIIe siècle dans l'enceinte de Paris (Seine).
490. — Bannost (Seine-et-Marne).
491. — Nesles-la-Gilberde (Seine-et-Marne).
492. — Moulin-Donné, min, cne de Nesle-la-Gilberde; Bannost (Seine-et-Marne).
493. — La Bonnière, f., cne de Vaudoy (Seine-et-Marne).
494. — Puiseaux, h., cne de Plessis-Feu-Aussoux; Villeneuvotte, h., cne de Rosoy (Seine-et-Marne).
495. — Vigneau, ch., cne de Jouy-le-Châtel; le Corbier, h., cne de Jouy-le-Châtel; l'Aubetin, affluent du Grand-Morin (Seine-et-Marne).

1 La seconde bande de parchemin commence à cet article.

hiis que filius suus nominavit. Item, tenet circiter XX arpenta terre in territorio de *Visenuel*, sed nescit loca, et circiter XXXVIII sextarios bladi in eodem loco, et circiter tres modios avene, et LX gallinas de vicecomitatu, et tres modios avene in minutis consuetudinibus. Item, tenet nemus de Fossatis : circiter XII arpenta. Item, tenet duo molendina et dimidium, in rivo *d'Aubeten*, in quibus filie sue habent partem suam.

496. — Tres filie domine de *Visenuel* tenent, quelibet pro se, in riparia *d'Aubeten*, inter *Chevru* et *Boutonbasouches*, XL sextarios frumenti, et dimidium modium avene et circiter IIII libras census ; et apud *Baanoiseis* XV modios avene, et XXII sextarios frumenti et censivas : circiter LX libratas terre. Item, tenent prata apud *Boutonbasouches* et *Baanoiseis :* circiter XXV arpenta. Item, tenent apud *lou Buat* terras : circiter X libratas terre. Item, tenent apud Pruvinum domos et plateas : circiter LX libratas terre. — Et in hiis omnibus mater sua habet medietatem pro dote. De garda nichil scit, sed credet scriptis.

497. — Dominus Milo de *Hautbois* tenet, de rege, domum fortem de *Hautbois*.

498. — Dominus Petrus de *Courdaoul* tenet domum fortem de *Courdaou* et duo molendina in eadem villa. Dominus Petrus *Louviaux* tenet de ipso ; non dixit quid, nec ubi. Dominus Adam de Joiaco tenet de ipso X libratas terre ; non dixit ubi. Item, tenet de escasura Roberti fratris sui, non dixit quid, et quatuor retrofeoda ; scilicet feodum Petri de Marna, feodum Simonis de Sancto Varanno, feodum Simonis de *Tilloi*, feodum Ade de Joiaco. Debet dicere gardam.

499. — Domina Maria de Voudeio tenet censum, ave-

496. — Vigneau, ch., c^ne^ de Jouy-le-Châtel ; l'Aubetin, affluent du Grand-Morin ; Beton-Bazoches, Chevru ; le Buat, f., c^ne^ de Bannost ; Provins (Seine-et-Marne).

498. — Cordoux, h., c^ne^ de Courpalay (Seine-et-Marne) ; Saint-Vrain (?) (Marne) ; le Tilloy, h., c^ne^ de Courpalay (Seine-et-Marne).

499. — Vaudoy (Seine-et-Marne).

nas, placitum. Et in hoc feodo sunt triginta et tres tenentes.

500. — Dominus Stephanus de Sancto Germano tenet, apud *Baannos*, circiter LX solidatas terre.

501. — Dominus Petrus de *Courpalai*.

502. — Dominus Guillelmus de *Ourmiaux*.

503. — Dominus Robertus de *Bernai* tenet domum de *Bernai* jurabilem et reddibilem.

X

FEODI MELDENSES [1]

504. — Dominus Robertus de *Mimauz* tenet, de rege, gruariam VII^{xx} arpentorum nemoris in Medonto et trefondum centum arpentorum ejusdem nemoris. Non debet gardam.

505 — Dominus Allermus de *Chivres* tenet, de dono comitis, piscariam, avenas, coustumias : circiter XX solidatas terre. Debet gardam per mensem.

500. — Saint-Germain-Laval (?), Bannost (Seine-et-Marne).
501. — Courpalay (Seine-et-Marne).
502. — Ormeaux (Seine-et-Marne).
503. — Bernay (Seine-et-Marne).

---

504. — Mimeaux, h., c^{ne} de Villemareuil ; la forêt du Mant, comprise en grande partie dans le territoire des c^{nes} de Pierrelevée, Saint-Jean-les-Deux-Jumeaux et Villemareuil (Seine-et-Marne).
505. — Chives, f., c^{ne} de Jaignes (Seine-et-Marne).

---

1 Le rôle des fiefs de Meaux est composé de deux bandes de parchemin.

506. — Dominus Petrus de *Corneglon* tenet domum de Qui(n)ciaco et villam, et apud *Columnes* quicquid ibi habet; et apud Condetum, et apud Coulliacum, et apud Marolium et Meldis quicquid habet in predictis, et apud *Molignon:* circiter trecentas libratas terre. Dominus Guillelmus de *Volangi* tenet, de ipso, Meldis et apud Condetum, videlicet quicquid habet ultra Maternam, ex parte de Quinciaco. Huetus de *Magnellers* tenet de ipso apud Condetum. *Raoulins et Guilloz de Berron* tenent de ipso apud Quinciacum, Raoulinus XXX libratas terre, et Guillotus C solidatas. Miletus de *Molignon* tenet de ipso apud *Molignon* domum suam et XXX libratas terre. Heres *à la Hardie* tenet de ipso apud Coulliacum et apud Quinciacum. (.....[1]) tenent de ipso nescit quid. Et *Jehanins de Noe Courte* tenet de ipso, ante domum Templi *de Soisi*, circiter C solidatas terre. De aliis feodis et de garda debet dicere. Dominus Guillelmus de Marolio tenet de ipso, apud *Lihaut*, et apud *Bautegni*, et apud *Quinci*, et apud Marolium, et apud Condetum, circiter C libratas terre. Relicta domini Petri de *Courcehier* tenet de ipso id quod habet apud *Courcehier* et apud *Colomes:* XXX libratas terre. Dominus Petrus de *Biauvoisins* tenet de ipso denarios in bursa. Dominus Gilo de Aciaco tenet de ipso vineam de *Quinci*. De garda debet respondere; scripta dicunt quod debet eam per annum [2].

507. — Dominus Johannes de *Poanci* tenet de rege domum fortem de *Poanci*, redditum navium, et piscariam,

506. — Cornillon, faubourg de Meaux; Quincy-Ségy, Coulommes, Condé-Sainte-Libière, Couilly, Mareuil-lès-Meaux; Moulignon, h., c^ne de Quincy-Ségy; Voulangis, h., c^ne de Saint-Martin-lès-Voulangis (Seine-et-Marne); la Marne, rivière; Maignelay, Baron (Oise); Nouecourte, localité détr., voyez la note 162; Choisy-le-Temple, h., c^ne de Charny; Lihou, h., c^ne de Vaucourtois; Boutigny (Seine-et-Marne); Acy-en-Multien (Oise).

507. — Poincy; la forêt du Mant, voyez la note 504 (Seine-et-Marne).

1 Les noms de plusieurs tenanciers de P. de Cornillon ont dû être oubliés à cet endroit.

2 On a barré ces deux dernières phrases à l'exception des mots : « De garda, debet per annum. »

usuarium in Medonto: circiter VII libratas terre. Debet gardam per tres menses Item, tenet, de alio homagio, medietatem de *Pouanci*, et medietatem nemoris et totam justiciam, que empta fuerant a Boucardo. De garda nichil scit.

508. — Huetus de *Charni*, armiger, tenet domum de *Charni*, justiciam et viariam de *Charni*, cum terris, hospitibus; et, apud Sanctum Fiacrium, medietatem ville et justicie: circiter VI^{xx} libratas terre. Gaco de *Danci*, armiger, tenet de ipso, apud *Danci*, circiter LX libratas terre. Dominus Johannes de *Coupevrés* tenet de ipso, apud *Charni*, X libratas terre. Non debet gardam, ut dicit. *Adans de Vileroi* tenet de ipso, apud *Charni*, XX libratas terre. Dominus Gilo, frater ejus, tenet apud *Charni* C solidatas terre. *Gilez* de *Pressi* tenet apud Sanctum Fiacrium, de ipso, X libratas terre.

509. — Johannes Viarius de *Sanlliz* tenet de rege, de escheeta domine Margarete [1], apud *Vilemaroi*, domum fortem, terras, homines, justiciam: circiter XXV libratas terre. Dominus Lambertus de Tercia Leuca tenet de ipso, apud Villam *Maroi*, XV libratas terre. Non debet gardam.

510. — Oddinus Bos, *d'Illes* juxta Triam *lou Bardoul*, tenet de rege terras, prata, redditum: circiter XXX libratas terre. Dominus Guillelmus de *Volangi* tenet de ipso, apud *Illes*, circiter LX libratas terre. Dominus Johannes de *Charni* tenet de ipso, ibidem, C solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

508. — Charny, Saint-Fiacre; Dancy, f., c^{ne} de Trilport; Coupvray, Villeroy, Précy (Seine-et-Marne).

509. — Senlis (Oise); Villemareuil; Tiercelieue, h., c^{ne} de Montolivet (Seine-et-Marne).

510. — Isles-lès-Villenoy, Trilbardou; Voulangis, h., c^{ne} de Saint-Martin-ès-Voulangis; Charny (Seine-et-Marne).

---

1 La rédaction primitive était : « Dominus Milo de Volangi tenet, de rege, ex parte uxoris sue. »

511. — Dominus Guillelmus de Marolio tenet domum de *Roognon*, terras; et, apud *Bouteuni* et Fublenas, avenas et nemus cum omnibus appendiciis, et medietatem nemoris de *Luche* de venditione de *Vaucourtois;* et apud *Bantellu* XL solidos census, et nemus de Tillia, — XXXV arpenta, — et molendinum de Marolio; et apud Marolium hostisias, mensuras, censum, homines : circiter XL libratas terre ; et vineas de Marolio, de Clauso. Item, tenet apud Meriacum VII libratas terre, et avenas de *Truec.* Johannes de Bosco, nepos suus, tenet de ipso, pro se et fratre suo, domum fortem de *Maupertuis*, terras, prata et C libratas terre. Item, idem Johannes tenet de ipso domum fortem de Bosco, terras, nemus, vivarium : circiter LX libratas terre. Huetus, nepos ejus, tenet de ipso medietatem nemoris de *Vaucourtois* et nemoris de Tillia. Filius Johannis *Bourdon* tenet, de ipso, apud Lisiacum et retrofeodum de Miriaco : circiter XII^{cim} libratas terre. Dominus Henricus de Meriaco tenet de ipso, apud Meriacum et in pertinenciis, circiter XXX libratas terre. Relicta domini Petri de *Tancro* tenet de ipso nemus de Meriaco : circiter XXX arpenta. *Adenins de Montaudier* tenet de ipso apud Meriacum terras, nemus. Et in hiis feodis nepotes sui habent medietatem. — Dominus Petrus, frater ejus, tenet de ipso solo id quod habet apud *Charmantré*, et unum arpentum vinee apud Marolium. Et Simon, frater ejus : unum arpentum vinee in Clauso. Filii domini Guillelmi *Cornart* tenent de ipso, apud *Charmentré*, XV libratas terre. Dominus Johannes de Grangia *Justen :* molendinum, domum et id quod habet in parrochia Sancti Cirici. Gardam debet dicere, et de rebus alienatis debet dicere Johanni Bovi.

511. — Mareuil-lès-Meaux; Rognon, loc. détr., c^{ne} de la Haute-Maison, où Cassini indique encore une chapelle sous le nom de Notre-Dame-de-Rognon; Boutigny, Fublaines, Mary; Truel, h., c^{ne} de Nanteuil-lès-Meaux; Bois-le-Comte (?), h., c^{ne} de Nanteuil-lès-Meaux; Maupertuis, h., c^{ne} de Sancy; Vaucourtois, Lizy-sur-Ourcq, Mary, Tancrou; Montaudier, h., c^{ne} de la Chapelle-sur-Crécy; Charmentré; la Grange-Justin, h., c^{ne} d'Aulnoy; Saint-Cyr (Seine-et-Marne).

512. — Johannes de *Charni*, armiger [1], tenet domum que fuit *Prioul* apud Nantolium, ex parte uxoris, et vineam retro, et culturam retro. Item, tenet apud Nantolium magnam domum, de hereditate uxoris, et terram *des Hantes* et usuarium de Medanto. Debet gardam, ut dicit.

513. — Guillelmus *de la Ruele*, armiger, tenet apud *la Ruele* domum, terras, prata : circiter XXV libratas terre.

514. — Dominus Guillelmus de *Vaucourtois* tenet domum suam de *Vaucourtois*, et villam, et terras, prata que pertinent ad decimam de *Sanci*, et nemus et vivarium : circiter L libratas terre. Pueri de *Ruetel* tenent de ipso domum fortem de *Ruetel*, terras ultra rivum, et duas culturas supra *Blancmont*, et vineas ultra rivum, et prata de Planchis et prata de insula Condeti : circiter LX libratas terre. Domina de *Frenoi* et dominus Galcherus, filius ejus, tenent de ipso terras inter *Panchat* et *Chambri*, et V modios avene, et LX gallinas et decem solidos apud *Sameron*. Dominus Milo de *Vaucourtois* tenet de ipso, *à Vaucourtois*, domum et terras: XV libratas terre. Domina Matildis, soror sua, tenet ibidem XV libratas terre. Dominus Adam de *Danci* tenet de ipso, apud *Congi*, nescit quid. Debet gardam, nescit quantum.

515. — Dominus Girardus *Chiendanz* tenet domum de Aciaco, submonicionem quinque feodorum de Aciaco, et XXV solidos minuti census apud *Saucoi*. Frater suus tenet domum suam de Aciaco de ipso. Non debet gardam, ut dicit.

512. — Charny, Nanteuil-lès-Meaux (Seine-et-Marne); la forêt du Mant, voyez la note 504.

514. — Vaucourtois, Sancy; Rutel, anc. ch., c^ne de Villenoy; l'Ile de Condé, c^ne de Condé-Saint-Libière; Penchard, Chambry, Sammeron; Dancy, f., c^ne de Trilport; Congis (Seine-et-Marne).

515. — Acy-en-Multien (Oise); le Saussois, ch., c^ne de Chamigny (Seine-et-Marne).

---

1 Rédaction primitive : « Dominus Johannes de *Charni*. »

516. — Dominus Gaco de Tria tenet, in pressoriis, gallinis, pratis, XII libratas terre. Debet gardam per mensem.

517. — *Jehanez Cardons* de Sancto Johanne tenet domum fortem de Sancto Johanne reddibilem, et furnum, et usuarium, et unum modium avene redditus, et viariam, et pedagium : circiter XL libratas terra. Duo fratres ejus debent tenere de ipso, in eadem villa [1], partem suam in predictis.

518. — Dominus Theobaldus de *Cornellon* tenet de rege, apud *Quinci,* unam domum, decimam vini, prata : circiter XVI libratas terre.

519. — Dominus Matheus *d'Aci* tenet domum fortem *d'Aci* cum porprisio, medietatem justicie *d'Aci* de qua partitur cum Regina et aliis dominis, et homines suos de corpore ubicumque sint, et quinque hostisias apud Aciacum, et censivam de Mercato. Item, tenet de rege quicquid movet de ipso, *es Warz*, in terragiis et censu. Item, tenet domum de *Vinci* et villam cum omnibus appendiciis. Item, tenet terras retro *Vincy*, et terras et vineam inter *Vincy* et *Chaumont* et circa *Vincy*. Johannes de *Mauni* tenet de ipso *Mauni* cum pertinenciis : circiter LX libratas terre. Dominus Johannes de *Montion* tenet de ipso, apud Estrepeliacum, ex parte uxoris sue, circiter XL libratas terre. Debet gardam per tres menses.

520. — Castellanus de Betisiaco tenet apud *Boullanci* homines, hospites, terras, terragia, aquas et id quod habet

516. — Trilport (Seine-et-Marne).

517. — Saint-Jean-les-Deux-Jumeaux (Seine-et-Marne).

518. — Cornillon, faubourg de Meaux, Quincy-Ségy (Seine-et-Marne).

519. — Acy-en-Multien (Oise); le Marché est le nom par lequel on désigne la partie de la ville de Meaux située sur la rive gauche de la Marne; Vincy; Mauny, f., c^ne^ d'Etrépilly; Monthion, Etrépilly (Seine-et-Marne).

520. — Béthisy-Saint-Pierre, Bouillancy; la Fosse-Martin, h., c^ne^ de Réez (Oise); Buzancy (Aisne); Réez (Oise); le Plessy-Placy (Seine-et-Marne).

1 Primitivement, cet article se terminait à la suite de ces mots, par l'évaluation : « circiter XL libratas terre. »

in ripparia de *Boillanci* et de Fossa *Martinet :* circiter L libratas terre. Dominus Herveus de *Busenci* tenet, de parte uxoris sue, domum fortem de *Boullanci*, homines, hospites, censum, terras : circiter XL libratas terre. Et villa de *Boullanci*, et de *Ree*, et de Plaisseto, cum appendiciis, sunt de feodo et retrofeodo Campanie.

521. — Dominus Petrus de *Biauvoisins* tenet, apud *Boillanci*, et *Ree*, et Plessetum, et Fossam *Martinet*, IIII^{xx} libratas terre. Dominus Johannes de *Cuigneres*, frater ejus, tenet in eisdem locis XV libratas terre. Domicella Margareta tenet de ipso ibidem, XII libratas terre.

522. — *Phillippez de Coupevrés* tenet domum fortem de *Coupevrés* et justiciam domus.

523. — Johannes *la Grue de Montion* tenet domum fortem de *Montion*, et XXXVI arpenta terre, prati, vinee, nemoris, et XX solidos census, et partem furni et justiciam. *Thiebaus*, frater ejus, tenet de ipso, apud *Montion*, circiter XII libratas terre. Dominus Gaufridus tenet, de ipso, circiter VIII libratas terre. Et dominus Milo de *Molengi :* ibidem, LX solidatas terre. Debet gardam.

524. — Oddardus de *Chauconnin* tenet domum fortem de *Chauconnin* cum porprisio, terras, pro se et participibus suis : C solidatas terre. Debet gardam.

525. — *Thomassins Deffiedieu, de Chauconnin*, tenet domum de *Chauconnin*, et XX arpenta inter *Chauconnin* et Villam Regis. Armigeri de *Eschamcuz* tenent de ipso tria arpenta vinee in territorio de *Cregi*. Debet gardam, sed nescit quantum.

521. — Bouillancy, Réez (Oise); le Plessis-Placy (Seine-et-Marne); la Fosse-Martin, h., c^{ne} de Réez ; Cuignières (?) (Oise).

522. — Coupvray (Seine-et-Marne).

523. — Monthion ; Moulangis, h., c^{ne} de Saint-Martin-lès-Voulangis (Seine-et-Marne).

524. — Chauconin (Seine-et-Marne).

525. — Chauconin, Villeroy, Crégy ; Echampeu, h., c^{ne} de Lizy-sur-Ourcq ; Crégy (Seine-et-Marne).

526. — Guillelmus de *Douwi* tenet grangiam suam, terras, prata et integre quicquid habet ibidem, preter viariam quam tenet de abbate Resbacenci: circiter LX libratas terre, pro se et fratre suo. *Jehans de Bergi* tenet de ipso quicquid habet apud *Bregi,* preter domum et viariam: LX libratas vel plus cum retrofeodis, videlicet feodum domini Guillelmi, domum et terras. Dominus Radulphus *Choisiaux* tenet de ipso, apud *Bregi*, XV libratas terre. Et dominus Guillelmus de *Vaucourtois :* ibidem, XV libratas. Non debet gardam, ut dicit.

527. — Petrus de Sancto Verano tenet de hereditate uxoris sue, apud *Boullanci*, homines, hospites, redditus et quicquid ibi habet: circiter XV libratas terre.

528. — Dominus Herveus de *Busanci* tenet de doario uxoris sue, apud *Chambri*, IIII modios avene, et apud *Oygne* VIII sextarios, et apud *Esscyces :* totum, XX libratas terre.

529. — Dominus Guillelmus de *Vilers lou Rigaut* tenet XV libras apud Columbarium. Debet gardam per sex eddomadas. Item, tenet, de hereditate uxoris sue, L arpenta nemoris de Medonto, juxta essarta Hospitalis.

530. — Dominus Oddo de *Poanci* tenet, apud *Vilemaroi*, domum, nemus, prata, terra(m) : circiter X libratas terre.

531. — Jaquetus de Divione tenet, apud Insulas, talliam et manumortuas : IIII libras; et pedagium Meldense: VI libras; et circiter tria arpenta prati in Cangia.

526. — Douy-la-Ramée (Seine-et-Marne); Brégy (Oise) ; Vaucourtois (Seine-et-Marne).

527. — Saint-Vrain (Marne); Bouillancy (Oise).

528. — Buzancy (Aisne); Chambry (Seine-et-Marne); Ognes (Oise) ; Essises (Aisne).

529. — Villiers-les-Rigauts, h., c^ne de Congis ; Coulommiers (Seine-et-Oise); la forêt du Mant, voyez la note 504; l'Ordre de l'Hôpital ou de Saint-Jean de Jérusalem.

530. — Poincy, Villemareuil (Seine-et-Marne).

531. — Dijon (Côte-d'Or); Isles-les-Meldeuses, h., c^ne d'Armentières (Seine-et-Marne).

532. — Guillelmus de *Bezz*, armiger, tenet apud *Boullanci* redditus: circiter XX libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

533. — Cantor thessaurarius Meldensis, filius domini Oddonis de *Pouanci*, tenet apud *Villemeroi* domum (cum) terris, nemoribus, pratis, justicia: X libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

534. — Cantor Meldensis tenet apud Plassetum partem quam habet in hostisiis ville, cum censu et canpiparte et terris arabilibus, circiter XXII arpentis terre, et tribus arpentis prati et furnum : circiter XL libratas terre. Dominus Johannes de Grangia tenet de ipso, apud *Iverni*, tres modios bladi, et IIII libras in costumiis et censu. *Simons d'Erbeli* tenet de ipso, apud *Herbeli*, nescit quid. *Adeloz*, nepos suus, tenet de ipso domum de Petra. Debet custodiam, nescit quantum ; et, si posset scire, diceret.

535. — Domina de *Nanteil* tenet homines suos de *Puisiax*, et villam de *Espiers* cum apandiciis. Heredes domini Gilonis de Aciaco tenent de ipsa, apud Aciacum, et apud *Puisiax*, et apud *Troci*, et in molendino de Roseto, tria modia bladi. Heredes domini Guidonis de Nantellio tenent de ipsa, apud Sanctum Johannem de Duobus Jumellis, quicquid ibi habent. Dominus *Adem de Rée* tenet de ipsa, Meldis, et apud Aciacum et Sanctum Johannem de Duobus Gemellis, quicquid ibi habet. Magister Renaudus de Nantolio tenet, de ipsa, apud Silliacum. Heredes Th. de Vallibus tenent, de ipsa, apud *Quisi*. Relicta domini Thome de Cigniaco tenet de ipsa, apud *Maant*, in nemore de Medonto. Dominus Guillelmus de Marolio tenet de ipsa

532. — Betz, Bouillancy (Oise).
533. — Poincy, Villemareuil (Seine-et-Oise).
534. — Le Plessis-l'Évêque, Iverny, Esbly (Seine-et-Marne).
535. — Nanteuil-le-Haudouin (Oise) ; Puisieux (Seine-et-Marne) ; Epieds (Aisne); Acy-en-Multien (Oise); Trocy (Seine-et-Marne); Rozoy-en-Multien (Oise); Saint-Jean-les-Deux-Jumeaux (Seine-et-Marne) ; Réez, Silly-le-Long (Oise); Vaux-sous-Coulombs (?), Cuisy; Signy, h., c^ne de Signy-Signets; le Mant, f., c^ne de Sancy; la forêt du Mant, voyez la note 504; Mareuil-lès-Meaux (Seine-et-Marne); Gondreville (Oise).

nescit quid. Johannes, filius Mathei de *Gondrivile*, tenet de ipsa apud Sanctum Johannem de Duobus Gemellis.

536. — Johannes de Aciaco, cancellarius Meldensis, tenet de rege vivarium de Trociaco, et domos circa vivarium ex parte calceie, et avenas de *Congi*, XVI modios, et molendina vivarii de Trociaco, et quicquid habet apud *Troci*, preter medietatem viarie et modica(m) parte(m) jardini. Item, tenet quicquid habet apud Aciacum, preter XII jornellos terre qui movent de domino de Nantolio, et preter pedagium de Aciaco quod movet de domino de *Wandeluz*. Item, tenet de rege medietatem pedagii.es.., et in pedagio de Columbario XV libratas terre, et VI^{xx} arpenta nemoris de *Mouteruel*. Frater suus et soror sua tenent, de ipso, partem suam in predictis. Domina Agnes de *Busanci* tenet de ipso, apud *Boullanci* et apud Aciacum, XXX libratas terre. Domina *des Hayes:* apud *Troci*, circiter XV libratas terre. Debet gardam, sed nescit quantum; [scripta] dicunt per tres menses.

537. — Domina Matildis, relicta domini Johannis de Roseto militis, tenet apud *Boullanci*, salva ligeitate magistri Renaudi de Nantolio, domum fortem, terras, prata, homines,..... : circiter XII libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

538. — Relicta domini Phillippi de Nantolio tenet, apud *Puisieux*, IX familias hominum. *Thiebaus de Vaus* tenet de ipsa, apud *Cuissi*, circiter XX libratas terre. Dominus Iterus de *Sontour* tenet de ipsa, apud *Cuissi*, circiter X libratas terre. Magister Theobaldus de Nantolio tenet de ipsa, apud Silli, XII modios avene et sex familias hominum. De garda nichil dixit.

536. — Acy-en-Multien (Oise); Trocy, Congis (Seine-et-Marne); Nanteuil-le-Haudouin (Oise); Gandelu (Aisne); Coulommiers (Seine-et-Marne); Montreuil-aux-Lions, Buzancy (Aisne); Bouillancy (Oise).

537. — Rozoy-en-Multien, Bouillancy, Nanteuil-le-Haudouin (Oise).

538. — Nanteuil-le-Haudouin, Puisieux, Vaux-sous-Coulombs (?), Cuisy (Seine-et-Marne); Sautour, h. réuni à Neuvy-Sautour (Yonne); Silly-le-Long (Oise).

539 [1]. — Dominus Germondus, vicedominus, tenet citra sex arpenta terre *au Chemin Blanc*.

540. — Dominus Johannes de *Frenes* tenet de rege viariam quam dominus Johannes de *Charnit* tenet de ipso à *Charni*, et apud *Messi* illud quod emit a domino Petro de *Millies:* citra centum solidatas terre.

541. — Domina *d'Anet* tenet de rege hoc quod Guillelmus Burgensis de *Charni*, et *Hervieus*, frater ejus, tenent de ipsa apud *Charni* et hoc quod Symon de Sancto Gauberto tenet de ipsa apud *Charni*, et hoc quod Forquetus de Monte *Hermanfroi* tenet de ipsa apud *Charni*, et quinque solidos censuales quos prepositus de *Mongai* tenet.

542. — Relicta domini Guillelmi de Barris tenet, apud *Tresfous*, domum et quicquid ibi habet: LX libratas terre. Domina de *Doucegni* tenet de ipsa domum et alias res. De feodo de *Silli*, nescit dicere de quo tenet; scripta dicunt quod tenet de rege. De garda nichil dixit nec scit.

543. — Dominus Gilo de Aciaco emit, ab heredibus domini Garneri de Latiniaco, XVI modios avene apud *Congi*, de qua unus de filiis suis debet esse homo regis.

544. — Guiardus de Romeniaco tenet domum suam de Lisiaco ab opposito ecclesie de Lisiaco. Domina Picca tenet de ipso domum juxta domum predicti Guiardi. *Simons* de Lisiaco tenet de ipso feodum *au Boucardois*.

545. — *Jehanins de Chantelou* tenet domum fortem de *Chantelou*. Tenet de escasura Petri, fratris sui, militis. Debet gardam, sed nescit quantum.

540. — Fresne, Charny, Messy (Seine-et-Marne); Migny, f. indiquée par Cassini et comprise dans le finage de Rouvres (Oise).

541. — Annet-sur-Marne, Charny; Saint-Gobert, f., c^ne de Marcilly (Seine-et-Marne); Montémafroy, h., c^ne de Dammart (Aisne); Montjai, ch. détruit, c^ne de Villevaudé (Seine-et-Marne).

542. — Tréfols; Doussigny, f. c^ne de Tréfols (Marne); Silly-le-Long (Oise).

543. — Acy-en-Multien (Oise); Lagny, Congis (Seine-et-Marne).

544. — Romeny (Aisne); Lizy-sur-Ourcq (Seine-et-Marne).

545. — Chanteloup (Seine-et-Marne).

---

1 Ici commence la seconde bande de parchemin.

546. — Dominus Petrus de *Luost* tenet, de eschasura domini Guillelmi de Marolio, fratris sui, domum de *Rooignon* cum appendiciis et medietatem nemoris de *Luost*. Dominus Gacius de Tria, dominus Arbericus de *Montretost*, dominus Symon de Sancto Suppleto, plegii sunt de rachato. Item, tenet, de hereditate sua, apud *Charmentré*. Et ita sunt duo homagia.

547. — Dominus Symon de Marolio, clericus, tenet de excasura domini Guillelmi, fratris sui. Feodum debet nominare infra octabas Nativitatis Domini, et gardam, et res alienatas.

548. — Matheus de Monte *Morienci* tenet quartam partem de excasura domini Erardi de Ramerruco. Marescallus a Camppagnie *[sic]* et Thomas de Couciaco plegii sunt de rachato.

Item, idem Matheus tenet, de hereditate sua, castrum de *Malli* cum appendiciis, que domina de *Malli* tenet de ipso. Uxor Petri Sarraceni tenet de ipso feodum *d'Aupec*. Dominus Gaco *Fariniaus* tenet de ipso nemus de *Malli*.

549. — Domina Eustacia de *Chiessi* tenet, de dote et ballio, domum fortem de *Chissi*. Dominus Johannes de Pleseto Hunaudi, plegius de rachato.

550. — Johannes de Barris, armiger, tenet domum fortem de *Croi* et quicquid habet apud *Congi*. De retrofeodis debet dicere infra XL dies. Non debet gardam, ut dicit.

551. — Domina Johanna, relicta domini Johannis de Barris, tenet domum fortem de *Croi* et terram de *Congi*.

546. — Lihou, h., c^ne^ de Vaucourtois ; Mareuil-lès-Meaux (Seine-et-Marne). Rognon, h. détr., c^ne^ de la Haute-Maison (Seine-et-Marne); voyez la note 511. Trilport (Seine-et-Marne); Montretout, le quartier le plus élevé de la ville de Saint-Cloud (Seine-et-Oise); Saint-Soupplets, Charmentré (Seine-et-Marne).

547. — Mareuil-lès-Meaux (Seine-et-Marne).

548. — Montmorency (Seine-et-Oise); Ramerupt (Aube); Coucy-le-Château (Aisne); Marly-le-Roi, le Pecq (Seine-et-Oise).

549. — Chessy; le Plessis-Hunault, h., c^ne^ de Saint-Just (Seine-et-Marne).

550-551. — Crouy-sur-Ourcq, Congis (Seine-et-Marne).

552. — Episcopus Belvacensis tenet villam de *Savigni*.

553. — Quidam armiger tenet de rege domum de *Chantelou*.

554. — Relicta domini Guidonis de *Raroi* tenet, de hereditate sua, apud Triam circiter XL libratas terre, et apud Latiniacum L solidatas terre in bursa regis. Dominus Guillelmus, patruus suus, tenet de ipsa id quod habet apud Triam; et dominus Johannes de *Pouanci*. Dominus Gaco tenet, de ipsa, domum et nemus de *Joogni*. De feodis et aliis debet respondere infra Mediam Quadragesimam. Scripta dicunt quod debet gardam per XL dies.

555. — Dominus Guido *d'Orvile* tenet, ex parte uxoris, apud Meldas X libratas terre, et apud *Burssout* C solidatas, et apud Marolium C solidatas. Non debet gardam, ut dicit.

556. — Dominus Johannes de *Brumez* tenet Meldis X libratas terre, et apud *Burssout* C solidatas terre, et apud Marolium C solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

557. — Dominus Lambertus de Tercia Leuca tenet, apud Villam *Maroi*, L arpenta nemoris que emit a domino Guillelmo de *Vilers*. Et est unum homagium. Item, tenet de alio homagio.

558. — Domina Matildis de Sancto Medardo, relicta domini Renaudi, tenet hereditarie traversum aque: VIII libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

559. — Dominus Nicholaus de *Vinuel* tenet, ex parte uxoris, apud *Mancegni* domum et quicquid habet inter

552. — Beauvais, Savignies (Oise).

553. — Chanteloup (Seine-et-Marne).

554. — Raroy, f., c^{ne} de Crouy-sur-Ourcq; Trilport, Lagny, Poincy (Seine-et-Marne).

555. — Meaux (Seine-et-Marne); Boursault (Marne); Mareuil-lès-Meaux (Seine-et-Marne).

556 — Brumetz (Aisne); Meaux (Seine-et-Marne); Boursault (Marne); Mareuil-lès-Meaux (Seine-et-Marne).

557. — Tiercelieue, h., c^{ne} de Montolivet; Villemareuil (Seine-et-Marne).

558. — Saint-Mard (Seine-et-Marne).

559. — Vineuil, h., c^{ne} de Saint-Mesme; Mansigny, h., c^{ne} de Chambry; Chambry (Seine-et-Marne).

Mancegni et *Chanberi,* videlicet XXVII arpenta terre, VIII solidos, VIII denarios census, et quatuor panes, et IIII capones et duo sextaria avene. Theobaldus *la Grue* et Radulphus de Vercegniaco tenent de ipso quicquid habent subtus cheminum ex parte *Chamberi* et *Moncegni.*

560. — Dominus Johannes de *Frenes* tenet, apud *Claie* in vico de Villanis, IIII^{or} masuras et boreriam de *Charni* quam dominus Johannes de *Charni* tenet de ipso. Item, tenet apud *Messi* C solidatas terre quas emit a domino Petro de *Migni.*

561. — Domina Maria de Tria *le Bardou* tenet unam pecia(m) terre in chemino meldensi super *la Canche*, unam peciam in cultura Heloisis, unam peciam ante Presseium, unam peciam prati supra viam Boulouris, unam peciam prati ultra Maternam, III pecias terre, et censum novum, et censum comitis. Et prata sunt de parte sua.

Dominus Guillelmus de *Carnetein*, et dominus Gacius de Bosco, dominus Johannes de *Pouanci*, tenent de ipsa nescit quid.

562. — Petrus *d'Ariole*, armiger, tenet apud *Sarriis*, in terris arabilibus et censu, VIII libratas terre. Domina Petronilla et dominus Garinus de *Sarris* tenent de ipso quicquid habent apud *Sarriis*. Et tota villa de *Sarriis* est de feodo regis. Debet gardam, set nescit quantum.

563. — Dominus Gilo de *Maignis*, juratus, tenet de rege medietatem domus sue, et totum porprisium juxta domum, et I oscam juxta domum.

564. — Simon (de) *Servelle*, armiger, tenet de heredi-

560. — Fresne, Claye; Villaine, h., c^{ne} de Claye; Charny, Messy (Seine-et-Marne); Migny, f., indiquée par Cassini, était située sur le finage de Rouvres (Oise).

561. — Trilbardou; la Conche, f., c^{ne} de Trilbardou; Précy-sur-Marne, Bouleurs; la Marne, rivière; Carnetin, Poincy (Seine-et-Marne).

562. — Serris (Seine-et-Marne).

563. — Magny-le-Hongre (Seine-et-Marne).

564. — Silvelle, f., c^{ne} de Magny-le-Hongre; Bailly-Romainvilliers, Magny-le-Hongre (Seine-et-Marne).

tate patris apud *Cervelle* domum, terras, prata. Domina de *Baalli* tenet de ipso quicquid tenet feodale apud *Baalli*. Domina Heloidis de *Maigni* tenet de ipso quicquid tenet feodale apud *Maigni*. Non debet gardam, ut dicit.

565. — Issabella, relicta Guillelmi de *Bez*, tenet de dote et ballio apud *Boillanci*. Debet nominare feodum et gardam ballivo.

566. — Dominus Guillelmus de Vill... tenet, de hereditate uxoris sue, in foresta de Medanto, VI^{xx} arpenta nemoris. Debet dicere gardam.

567. — Johannes, vicedominus, armiger, tenet de hereditate uxoris sue, apud Triam *Bardou*, circiter XIII^{xx} arpenta terre, et L solidos in bursa regis, et L solidos census, et III arpenta prati, et VII sextarios avene, et VI capones et unum torcular. Retrofeoda et gardam debet nominare.

568. — Bertholomeus de *Bez*, armiger, tenet quicquid habet apud *Boillanci* de hereditate patris. Uxor fratris sui debet venire ad homagium regis, pro alia parte, pro dote et ballio puerorum suorum.... Necnon feodum valet XXVI libratas terre. Non debet gardam ut dicit.

569. — Johannes B..... de Insulis, armiger, tenet de hereditate uxoris sue terras, censum, prata, apud Insulas. Soror uxoris sue tenet de ipso..... Debet gardam per duos menses.

---

565. — Betz, Bouillancy (Oise).
566. — La forêt du Mant; voyez la note 504.
567. — Trilbardou (Seine-et-Marne).
568. — Betz, Bouillancy (Oise).
569. — Isles-les-Villenoy ou Iles-les-Meldeuses (Seine-et-Marne).

XI

FEODI DE MERIACO [1]

570. — Johannes *li Albigois* tenet, apud Fontanas, XXX solidatas terre in quibus *Jehanins de Douche* habet terciam partem, sed non vult ipsi facere homagium.

571-572. — Margareta de *Drott*, relicta Guillelmi de *Peanz*, femina regis de corpore, non fecit homagium. Tenet apud *Drot* Sancti Basoli, in censu et terris arabilibus, circiter XL solidatas terre quas pater suus emit, XXV annis elapsis, a domino Petro de Boiaco, milite. Dominus Milo de Abbatia tenet de ipsa, apud *Drot*, XL solidatas terre. Item, tenet dicta Margareta quatuor modios avene ad veterem mensuram quos maritus suus emit a domino Milone de Capella, XV annis elapsis, ut dicit. Debet gardam et debet dicere quantum infra octabas Purificationis. Item, tenet apud Capellam Sancti Petri IX sextarios avene quos pater suus emit. Domina Maria de *Montegon* tenet de ipsa terras, censum, coustumias, apud *Montegon:* XX solidatas terre. *Perrins* de Frigidis Parietibus tenet de ipsa, apud Capellam, censum, terras: XX solidatas terre. Debet gardam, ut dicit, per sex eddomadas.

Petrus de *Drot*, major communie de Meriaco, debet tenere de ipsa Margareta terciam partem de dicto feodo; nec fecit homagium. Precepimus servienti de Meriaco ut feodum saisiat.

570. — Fontaine-Saint-Georges, Dosches (Aube).

571-572. — Droupt-Saint-Basle ou Droupt-Saint-Remy; Payns, Droupt-Saint-Basle, Bouy-sur-Orvin, Abbaye-sous-Plancy; les Grandes-Chapelles, Montangon (?); Froides-Parois ou Chapelotte, h., c^ne de Chapelle-Vallon; Méry-sur-Seine (Aube).

---

1 Ce rôle ne comprend qu'une feuille de parchemin.

573. — Relicta Guilloti *d'Esclavoile* tenet, de dote dicti Guilloti, apud *Drot* Sancti Basoli, domum, terras, decimam, prata, furnum, censum, justiciam : circiter VI libratas terre. *Girardez* de Sancto Basolo tenet de ipsa, apud *Drot*, domum, terras, redditus, censum, terragia : circiter IIII libratas terre. Hugo de Claellis tenet de ipsa decimam, terragium, apud *Drot* : circiter VII libratas terre. Jaquinus de Campo Rotundo tenet de ipsa, in loco predicto, decimam et res alias : circiter LX solidatas terre. Dominus Theobaldus de Meriaco tenet de ipsa in loco predicto, in decima et aliis, circiter LX solidatas terre. De garda dixit se nescire. Item, dominus Theobaldus de Meriaco emit a dicto Guilloto, apud *Drot*, XX arpenta terre de dicto feodo ; sed rex laudavit, ut dixit idem Theobaldus.

574. — Domina Maria, relicta domini Simonis de Meriaco, jurata, tenet de doario Simonis predicti partem octavam justicie et fori et pedagii et redditus de Meriaco, pro se et filiis suis. Item, tenet homines albanos, et illud quod habet in villis vicinis ejusdem castellanie : que estimat XVIII libratas terre. *Huecons de Leemont* tenet de ipsa nemus de *Chemsi :* nescit quantum. Dominus Johannes de Moncellis tenet de ipsa apud *Monciaux* in Bria quicquid ibi habet, et quicquid tenetur de ipsa apud Moncellos. Non debet gardam, ut dicit. Item, dicta Maria tenet, de alio homagio, hereditatem suam apud *Cuys* et (*à*) *Avise* et *à Grave :* circiter XX libratas terre. Item, tenet decimam *des Istes* in castellania de Pernasco : circiter XV libratas terre. Rex tenet, ut dicit, pro jure faciendo. Non debet gardam, ut dicit.

573. — Esclavolles (Marne) ; Droupt-Saint-Basle (Aube) ; Saint-Basle était sans doute le nom d'un ancien village réuni aujourd'hui à celui de Droupt-Saint-Basle, de l'église duquel Saint-Basle n'est que le second patron. Clesles ; Champrond, f., c^ne^ de Villeneuve-la-Lionne (Marne) ; Droupt-Saint-Basle ou Droupt-Saint-Remy (Aube).

574. — Lesmonts (Aube) ; Monceaux-lès-Provins (Seine-et-Marne) ; Cuis, Avize, Grauves, les Istres, Epernay (Marne).

575. — Dominus Johannes de *Beissi*, juratus, tenet terras, terragia, censum : circiter X libratas terre. Soror sua tenet partem terciam in predictis, quam tenet de ipso.

576. — Dominus Petrus de *Sentou* tenet, apud Meriacum, octavam partem fori et pedagii de Meriaco et de castellania et justicie et hominum albanorum et rotagii : circiter XX libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

577. — *Jehanins de Seintou*, armiger, juratus, tenet omnes homines suos in castellania de Meriaco et aliunde : circiter XL solidatas terre. De garda dixit quod pater suus debebat eam per mensem ; sed soror ejus habuit sex libratas terre quas reaccepit de rege, quare non debet gardam nisi quartam partem mensis unius. *Perrins li Bueges* tenet de ipso duos homines. Iste Johannes tenet modo dicte sororis medietatem terre. Et ita sunt duo homagia.

578. — Dominus Theobaldus de Meriaco tenet, de rege, quartam partem mercati et pedagii de Meriaco, et illud quod habet apud *Messi*,— que fuit Gaufridi, armigeri,— et XX arpenta terre apud *Dro* Sancti Basoli : que omnia estimat circiter XL libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

589. — *Perrins de Vanlai* tenet apud *Sentou*, ex parte uxoris, XL solidatas terre. Feodum de *Sentou* debet gardam.

580. — Girardus de Sancto Benedicto tenet apud Peantium, de hereditate uxoris sue, in terragio, VIII libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

581. — Dominus Milo de Pontibus tenet de rege, in uno homagio, partem suam justicie de *Chattres* et justicie de aqua de *Chatres*. Non debet gardam, ut dicit.

575. — Bessy (Aube).
576-577. — Saint-Oulph (Aube).
578. — Macey, Droupt-Saint-Basle (Aube).
589. — Vanlay, Saint-Oulph (Aube).
580. — Saint-Benoît-sur-Seine, Payns (Aube).
581. — Pont-sur-Seine, Châtres (Aube).

582. — Dominus Oddo de *Montegni* juxta Vitriacum tenet, apud *lou Chane*, terras, prata, terragia, censum, homines: circiter X libratas terre. Dominus Petrus de *Macile* tenet de ipso tantumdem. Debet gardam per sex septimanas.

583. — Domina Maria de *Pouci* tenet de hereditate, apud *Pouci*, domum, censum, terras, prata, justiciam, homines: circiter VIII libratas. Dominus Ferricus de *Roumelli*, presbiter, tenet de ipsa apud *Pouci* IIII libratas terre. Debet gardam per mensem.

584. — Domina de Saveriis, relicta domini Hugonis de Sancto Mauricio, tenet de dote, apud Saverias, molendina, aquas, homines, censum, justiciam, terras, prata; et, apud *Vileleus*, avenas. Item, tenet in prepositura Trecensi nemus de *Pruegni ;* et in Ripparia de *Corp*, censum ; et apud *Fonvanne* homines, justiciam, terras, censum. Item, in prepositura Ville Mauri, in valle de *Dirri*, avenas; in prepositura de Nogento, apud Sanctum Albinum, nemus, aquam, homines, censum : que omnia estimat XXXV libratas terre; et apud Peantium homines, coustumias. Non debet gardam, ut dicit.

585. — Erardus de Janicuria (tenet) quartam partem terre de Saveriis : circiter XX libratas terre.

586. — *Jaquins de Vanlai* tenet, apud *Sent-Tou*, homines: circiter LX solidatas terre. Debet gardam, sed nescit quantum; debet dicere infra octabas Pentecostes.

587. — Sororius Jaquini de *Vanllai.*

582. — Vitry-le-Brûlé (Marne); Le Chêne (Aube).

583. — Poussey, h. avec ch., c^ne^ de Maizières-la-Grande-Paroisse; Romilly-sur-Seine (Aube).

584. — Savières (Aube); Saint-Maurice-aux-Riches-Hommes (Yonne); Villeloup, Troyes, Prugny, la Rivière-de-Corps, Fontvannes, Villemaur, Dierrey-Saint-Julien ou Dierrey-Saint-Pierre, Nogent-sur-Seine, Saint-Aubin, Payns (Aube).

585. — Jaucourt, Savières (Aube).

586. — Vanlay, Saint-Oulph (Aube).

587. — Vanlay (Aube).

588. — *Perrez* de Meso tenet apud *Chatres*, de dote uxoris sue, XX jornalia terre, unam falcatam prati, IIII^{or} solidos census, tres minas terragii. De garda nichil scit.

589. — Domina Margareta de *Lori* tenet de rege, apud *Dro*, X libratas terre in hominibus et rebus aliis.

590. — Dominus Robertus de Sancto Medardo tenet, de rege, feodum qui dominus Theobaldus de Meriaco tenet de eo, et feodum Jaquini de Campo Rotumdo, et feodum Hugonis de *Claeles*, et feodum Girardi de *Drot;* et nichil tenet in manu sua.

591. — Guillelmus de Sancto Audoeno, armiger, tenet ex parte uxoris, apud Saverias, quicquid ibi habet [1].

XII

FEODI DE NUGE[N]TO IN BASSEIGNEIACO [2]

592. — Hugueninus de *Burreville* tenet apud *Lovieres* circiter XXV solidatas terre, et alii heredes tenent ibidem L libratas terre. Et totum feodum debet custodiam per tres menses.

588. — Châtres (Aube).
589. — Lurey (Marne).
590. — Saint-Mards-en-Othe (Aube); Champrond, f., c^{ne} de Villeneuve-la-Lionne; Clesles (Marne); Droupt-Saint-Basle ou Droupt-Saint-Remy (Aube).
591. — Saint-Ouen (Marne); Savières (Aube).

---

592. — Beurville, Louvières (Haute-Marne).

---

1 Voyez, pour la suite des fiefs relevant de la châtellenie de Méry, le chapitre XV.
2 Ce rôle est formé de deux bandes de parchemin.

593. — Dominus Erardus de Varannis tenet apud *Charmoiles* domum, terras, prata, molendinum, nemora Sancti Martini et IIII^{or} familias hominum; et, apud Donnam Petram, XX jornellos terre et duas *(sic)* prati juxta ecclesiam; et domum fortem de Pratis. Dominus Otho tenet de ipso id quod habet apud *Charmoilles*. Debet gardam per sex eddomadas.

594. — Dominus Johannes Na.us[1] tenet apud *Poissons* quicquid ibi habet et in finagio, preter domum. Item, tenet id quod habet apud *Courfavrex* juxta Donnam Petram, et id quod tenet apud Sarri, et id quod habet (apud) *Mandres* et apud Vitriacum, et medietatem furni de Nogento et quod habet apud Nogentum : circiter LX libratas terre. Debet gardam per tres eddomadas pro rebus de Nogento.

595. — Dominus Galterus de Nogento tenet apud *Poissons* id quod habet, — domum et alia, — et medietatem de *Chamerandes*, et apud Villam *Mahiu* in castellania de Ronasco, et apud *Poutesmont*, et furnum bennalem de Sullanis, et id quod habet apud Villam in Bosco. Et hoc totum tenet de uno feodo, sicut littere quas habet dicunt. Non debet gardam, ut dicit.

596. — Dominus Jobertus de *Poisuns* tenet apud *Poisuns* domos, terras, prata, masos et id quod habet apud Provoincheriis, que estimat X libratas terre. Debet gardam per sex edomadas.

593. — Varennes-sur-Amance, Charmoilles, Dampierre (Haute-Marne).

594. — Poinson-lès-Nogent; Confevron, f., c^{ne} de Dampierre; Sarrey, Mandres, Vitry-lès-Nogent (Haute-Marne).

595. — Poinson-lès-Nogent, Chamarandes (Haute-Marne); Villemaheu, ch. détr., c^{ne} de Soulaines; Rosnay, Épothémont, Soulaines, la Ville-au-Bois-lès-Soulaines (Aube).

596. — Poinson-lès-Nogent, Provenchères-sur-Meuse (Haute-Marne).

---

1162. — Domina Helisendis, relicta domini Ade *le Camus* de Loisiaco, tenet de doario et ballio apud Loiseium domum, homines, redditus, terras, vineas, nemora, prata : circiter XL[a] libratas terre. Dominus Robertus *Chacebuef* tenet de ipsa, in rebus predictis, usque ad decem libratas terre. Et ibidem dominus Gilo, miles, circiter quindecim libratas terre; domina Margarita ibidem sexaginta solidatas terre; Colardus *Motel* usuarium nemoris; mater *les Fusseaux de Veleis* in decima et terragio de *Ghintri* partem suam, nescit tum quantam. Debet gardam apud Virtutum per tres menses.

1163. — Manasserus de Insula tenet apud Virtutum, apud *Beanay*, apud *Sauderon*, XL[a] libratas terre. (Debet), apud Montem Ymeri, gardam per XII[cim] septimanas. Habet etiam domum unam apud Montem Ymeri.

1164. — Domina Agnes de Fera, dicta de *Lageri*, tenet de doario Girardi *Pié-de-Chien* domum apud Virtutum, jardina cum toto alio porprisio dicte domus et quoddam terragium apud *Morains*.

1165. — Dominus Petrus Pes Canis tenet de duobus feodis de quibus rex non habet nisi unum hominem, — et sunt duo fratres, — duas partes in medietate terragii de Fera *Brisenge*, et nonam partem in tertia parte, et tantumdem in nemoribus et justicia et in custumiis dicte ville, et tres familias hominum, et medietatem terragii de *Mourains*, et apud *Estoges* X sextarios bladi ad parvam mensuram, et V[que] solidos census, domum cum jardinis et toto

1162. — Loisy-en-Brie, Velye, Chaintrix (Marne).

1163. — Isles-lès-Villenoy (Seine-et-Marne); Beaunay, Soudron; Mont-Aimé, ch. dét.., c[ne] de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1164. — Fèrebrianges, Lagery, Morains-le-Petit (Marne).

1165. — Fèrebrianges, Morains-le-Petit, Etoges, Bergères-lès-Vertus, Chaltrait, Aulnay-aux-Planches, Ponthion; les Grangettes, h. détr., c[ne] de Pierre-morains (Marne).

porprisio dicte domus de Virtuto, sedem molendini de *Bele-Oyseuse*. In hiis omnibus domina Agnes, mater sua, habet tertiam partem ratione dotis et Johannes, frater suus, tenet de ipso in hiis medietatem. Tenet iterum uxuarium nemorum communie de Estogiis. Tenet de ipso Petro Theobaldus de Bergeriis VII sextarios bladi apud *Mourains*, Theobaldus de *Chaletroy* III sextarios et unam minam, et Philippus de *Aunoy* III sextarios et unam minam, Johannes de *Pontion* ad *Grangettes* X sextarios bladi. Debet gardam apud Virtutum sex septimanas, ut dicit.

1166. — Dominus Guido, miles de Villa Nova, tenet domum et porprisium de Villa Nova, aquam usque ad Molendinum Monachorum, usuarium nemorum de Loisiaco, duos furnos bannales apud Virtutum, XX^ti^ jornalia terre apud Virtutum, sex hospites liberos apud Villam Novam.

1167. — Richerus de Aula tenet de hereditate uxoris sue, aput Clamangias, duos furnos et medietatem unius furni, et terram de *Connantrel*, — circiter centum solidatas terre, — et dicti furni valent circiter octo libras per annum.

1168. — Galcherus de Rilleio tenet, de doario et ballio uxoris sue, domum de *Trecon* cum jardino et porprisio ejusdem, dimidium modium avene, de qualibet domo unum denarium et unum poucinum, et apud Clamangias medietatem unius molendini. Gardam non debet, ut dicit.

1168 *bis*. — Petrus dictus *Corbins*, de Virtuto, tenet domum que quondam fuit domini Petri *Corbin*, cum jardino et porprisio, apud Clamangias quatuor moutonnos et tres solidos census et duas gallinas. Non debet gardam, ut dicit.

1169. — Johannes de Soilleriis tenet de duobus feodis. Debet dicere infra quindenam Pasche.

1166. — Villeneuve-lès-Rouffy, Loisy-en-Brie (Marne).
1167. — La Cour, h., c^ne^ de Villevenard (?); Clamanges, Connantray (Marne).
1168. — Rilly-la-Montagne, Trecon, Clamanges (Marne).
1168 *bis*. — Clamanges (Marne).
1169. — Soulières (Marne).

1170. — Domina Maria dicta de Campis, soror domini Henrici de *Fon-Vanne*.

1171. — Dominus Galcherus de *Monmor*.

1172. — Dominus Eustachius de *Couvlans* tenet de rege quicquid habet apud Bassillum, et domum fortem de Marolio cum pertinenciis, et id quod habet apud Montem Mauri, et id quod rex dedit patri suo apud Besillum. Item, tenet de alio feodo villam de *Congi* et medietatem nemorum de *Congi*. Item, tenet de hereditate uxoris sue quicquid habet apud *Bordenai*, et apud *Trancuel*, et apud *Marcelli*, et apud *Duirri*, et apud Charmetum, et in pertinenciis dictarum villarum, et illud quod ei assignabitur pro excambio Gondricurie in vicecomitatu Trecensi. Retrofeodos debet dicere infra Pentecosten, anno L°II°.

1173. — Dominus Hugo de *Covlans* tenet de rege id quod habet apnd *Congi*, et medietatem nemorum et in pertinenciis, et id quod habet apud *Estoige*. Item, tenet de alio feodo domum fortem de *Couflans*, et villam cum pertinenciis, et id quod rex dedit ei apud *Cheneier* et apud Feram *Champenoise* propter Adam de Sezannia, et id quod rex dedit ei apud Plagostrum, videlicet homines sanctuarios et de corpore. Item, tenet de tercio homagio sextam partem de Plagostro. Retrofeodos debet dicere infra Pentecosten, anno L°II°. Item, tenet de dote uxoris sue apud *Suippe* cum pertinenciis, et apud Nantolium cum pertinenciis, et apud *Poivre* de hereditate uxoris sue, et apud Villam Novam *dou Chemin*, et apud Erviacum, et apud Ramerrucum, de escasura domini Erardi. Et ita sunt sex homagia.

1170. — Fontvannes (Aube).

1171. — Montmort (Marne).

1172. — Conflans, f., c^ne^ de Villeseneux ; le Baizil, Mareuil-en-Brie, Montmort, Congy (Marne) ; Bourdenay, Trancault, Marcilly-le-Hayer, Dierrey-Saint-Pierre et Dierrey-Saint-Julien, Charmoy (Aube) ; Gondrecourt (Meuse) ; Troyes (Aube).

1173. — Conflans, f., c^ne^ de Villeseneux ; Congy, Etoges, Cheniers, Fère-Champenoise, Sézanne, Pleurs, Suippes, Nanteuil-la-Fosse (Marne) ; Poivre, Villeneuve-au-Chemin, Ervy-le-Châtel, Ramerupt (Aube).

1174. — Helvidis, relicta Henrici Magni de Virtuto, pro se et duabus filiabus suis, tenet apud Alnetum XII sextarios bladi et terras arabiles, et apud Grangetas X sextarios bladi, et quartam partem in justicia de Grangetis, et apud Virtutum VI denarios census. Neptes dicti mariti sui Henrici tenent de ipsa apud Alnetum, III sextarios bladi, et circiter dimidium modium bladi in semeura, et apud Grangetas V sextarios bladi et terras harabiles.

1175. — Nicholaus dictus *Moteaux* de Virtuto tenet, ex parte uxoris sue, apud Feram *Brisenge*, duodecimam partem de Fera et nemoris ejusdem ville, de valore septem libratarum vel circiter.

1176. — Guiotus de Soilleriis, armiger, tenet aput Soillerias partem furni, terras, homines, terragia, vineas apud Virtutum, et unum arpentum apud Soillerias, valoris circiter X libratarum terre in quibus mater ejus tenet medietatem de doario. Renaudus, clericus, de Soilleriis, tenet de ipso in locis predictis decem libratas terre. Debet gardam apud Virtutum per sex septimanas.

1177. — Guillelmus *Adenins* de Capella, armiger, tenet de duobus feodis, sicut Johannes frater suus dixit. Tenet domum cum porprisio de Capella, terras, terragia, justitiam, prata, et *les marès*, et alios redditus, et integre quicquid habet ibidem. De dictis terris, Petrus, pater ipsius Guillelmi, emit trigenta sextarios in semeura a domino Guillelmo de Alniseolo quorum debet gardam. Et de eisdem duobus feodis solum fecit homagium, licet plures habeat fratres. In hiis omnibus duo fratres sui habent partem suam et tenent de ipso. Debet gardam per duos menses.

1178. — Wuermondus de *Chintri*, armiger, tenet apud

1174. — Aulnay-aux-Planches ; les Grangettes, h. détr., c^ne de Pierremorains (Marne).
1175. — Fèrebrianges (Marne).
1176. — Soulières (Aube).
1177. — La Chapelle, f., c^ne d'Aulnizeux ; Aulnizeux (Marne).
1178. — Chaintrix, Aulnay-aux-Planches (Marne).

Alnetum XL sextarios seminis ad veterem mansuram, XIII denarios census, et tres minas bladi quas pater suus emit. Guillelmus, frater ejus, tenet de ipso in rebus predictis medietatem. Non debet gardam ut dicit.

1179. — *Raoulès de Veleis* tenet apud *Veleis* domum, partem justicie, furni, aquarum, molendini, medietatem terragiorum, terras, omnes census vinearum : XX libratas terre in quibus mater sua habet medietatem pro dote. *Jehannins Fuissiaux* tenet de ipso molendinum, terras et ea que ibi habet : XX libratas post mortem matris eorum. Domina *Helluis de Bellaume* : C solidatas terre. Non debet gardam ut dicit.

1180. — *Jehannins de Lanri*, armiger, tenet homines sanctuarios de *Lanri* et capitagia : IIII libratas terre. Mater sua tenet de rege medietatem in predictis. Fratres sui tenent de ipso partem suam in predictis. Non debet gardam ut dixit.

1181. — Albericus de *Veleis* tenet apud *Veleis* domum, terras, censum, prata et duas oscas : XXX solidatas terre. Non debet gardam.

1182. — Domina de Plaisseto tenet domum de Plaisseto cum omnibus pertinenciis, ad Corveias subtus Montem Hymeri costumias, XII sextarios et unam vineam apud Virtutum. Debet gardam per unum annum.

1183. — *Thiebauz* de Roiseriis tenet apud *Escuri*, de doario et ballio, homines sanctuarios et alios, et *les aubeinés*, et homines de *Connantrel*, et justiciam, et bannum *d'Escuri*, et homines de Grangeta et de Clamangiis, et terragium, et domum, et id quod habent apud *Ver*. Do-

1179. — Velye, Blesme (Marne).

1180. — Lenharrée (Marne).

1181. — Velye (Marne).

1182. — Le Plessis, h., c^ne de Vertus; les Corvées, f., c^ne de Bergères-lès-Vertus; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1183. — Rosières ? (Aube); Ecury-le-Repos, Connantray; les Grangettes, h. détr., c^ne de Pierremorains; Clamanges; Mizy, f., c^ne de Leuvrigny; Vert-la-Gravelle, Lenharrée; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne de Bergères-lès-Vertus (Marne).

minus Milo de *Minzi* tenet de ipso illud quod habet apud *Ver* et homines de *Lanri*, ex doario uxoris sue in rebus predictis. Et *Jehannins d'Escuri* et Eustachius, frater (ejus), tenent de ipso partem suam in rebus predictis. Debet gardam apud Virtutum per tres menses et apud Montem Hymeri per sex eddomadas.

1184. — Relicta domini Milonis *d'Escuri* tenet de rege doarium suum in rebus *d'Escuri*.

1185. — Henricus, armiger, de *Lanerii*, tenet medietatem hominum sanctuariorum aput *Lanheri*, et medietatem albanorum, X modios vini in vinagiis de Bergeriis, duas familias hominum apud Linthellas. De ipso tenent dominus Milo *li Ragnes* et Guiotus de *Brantignei*, in dictis hominibus, unum hominem. Debet gardam apud Virtutum per duos menses.

1186. — *Baudons de Raine-Vile* et ejus fratres et sorores tenent apud *Rainvile* domum suam, jardinum, omnes terra(s) quas habent ibidem exceptis duabus petiis, pratum de Virtuto. Debet gardam apud Montem Ymeri per VI septimanas.

1187 [1]. — Dominus Nicholaus, miles, de *Poncancin*, tenet domum suam de Virtuto, terras suas et vineas. Tenet de ipso Terricus *d'Estrechei*, ratione liberorum suorum, apud Virtutum, usque ad sexdecim sextarios in semeura. Non debet gardam, ut dicit.

1188. — Dominus Anselmus de *Monmor* tenet *le Baisil*

1184. — Ecury-le-Repos (Marne).

1185. — Lenharrée, Bergères-lès-Vertus, Linthelles (Marne); Brantigny, h., c^ne^ de Piney (Aube).

1186. — Renneville; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1187. — Pocancy, Etrechy (Marne).

1188. — Montmort, le Baizil, Mareuil-en-Brie; la forêt de Wassy, s'étendant sur les finages d'Igny-le-Jard, du Baizil et de Mareuil-en-Brie; Dormans (Marne). La Marne, riv., affl. de la Seine; le Surmelin, riv., affl. de la Marne. Epernay; Courtamblon, h. détr., c^ne^ de Lucy; Lucy; Courcelles, f., c^ne^ de Corribert (Marne).

1 C'est ici que commence la seconde bande du rôle de Vertus.

cum omnibus pertinentiis, et quicquid habet apud Marolium, et gruariam quam habet in nemoribus de *Wassi* et in pertinentiis, et gruariam in nemoribus regine Chypri, et *les bateis* de *Baisil* et de *Maruel*, et quicquid habet apud *Dormanz*, et chaciam suam omnibus bestiis et quatuor cervos in anno inter Marnam et *Seurmenei(n)*, *de les platiaux deseur Vertu usque à Esparnai*, et de illo loco usque ad Villam subtus *Dormanz*, et de illo loco ad urmum de *Celles* [1], *et l'espave*. In hiis omnibus habet domina de *Monmor* doarium. Item, tenet de eodem homagio herbagium de *Courtanblon*, ut dicit. Dominus Anssellus *dou Baisill* tenet de ipso pro se et nepote suo apud Besillum XIII libratas terre, et Girardus Forestarius ibidem VII libratas terre, Baldericus *Branlarz* apud Villanas et apud *Luchi* L jornellos terre, uxor Bernardi apud Besillum X solidatas terre, et Stephanus de *Courceles* apud *Courceles* circiter XV libratas.

1189. — Galterus de *Monmor* tenet terciam partem de rege eorum, scilicet que dominus Ansellus nominavit.

Dominus Oddo de Villanis, miles, et *Oudarz* de Vanderiis tenent de ipso decimam et terragia de Vanderiis; et de hoc debent custodiam apud *Monmor*. Miletus de *Beerne* tenet de ipso quicquid tenet apud *Vousies* [2]. Non debet gardam ut dicit.

1190. — Dominus Johannes *li Abbes de Monmor* tenet *à Corcelles* XII jornalia terre, et VIII falcatas prati, et duos

1189. — Montmort, Vandières-sous-Châtillon; Bayarne, ff., c^ne de Soulanges; Vouzy (Marne).

1190. — Montmort; Courtamblon, h. détr., c^ne de Lucy; Mareuil-en-Brie (Marne).

1 La rédaction de l'article 1188 a été fort laborieuse. Toute la partie de la première phrase, depuis les mots « omnibus bestiis » jusqu'à « urmum de Celles », par exemple, a été ajoutée dans l'interligne. Mais, si la place et le sens de cette addition ne sont pas douteux, il n'en est pas de mêmes des expressions suivantes : « et arcuat, duas partes archeri.... » qui semblent venir immédiatement après et que nous n'avons pas osé introduire dans notre texte.

2 On retrouve ici les mots: « Et Oudarz de Vanderiis terragia et decimam de Vanderiis, » qui, remplacés par la deuxième phrase de l'article, auraient dû être exponctués.

solidos census apud *Courtamblon*, II falcatas prati et unam hostisiam, apud Marolium X sextarios avene. Dominus Theobaldus, frater suus, tenet medietatem de predictis. Non debet gardam sicut dicit.

1191. — Domina Margareta de Monte Mauri, sicut Symon de *Monmor* dicit, tenet [1], ratione dotis, apud *Besyl*, tres familias hominum et duas mulieres. Dominus Symon et dominus Guido tenent de ipsa XII^cim^ modia vini apud *Puiz*, et isti fratres tenent de ipsa quinque familias hominum, et domina Agnes de *Fere-Briirange* tenet de ipsa apud *Rofi* circiter XL solidatas terre. Debet gardam per tres menses.

1192. — Theobaldus de *Chaletroi*, armiger, dicit quod tenet terciam partem de furno bannito ville, et talem partem justicie quod (*sic*) habet in villa, et homines, et terragia, et censum de uno feodo : circiter IIII libratas terre. Domina Gilla de Sancto Medardo tenet de ipso domum suam de Sancto Medardo, et medietatem molendinorum inter Sanctum Medardum et *Ponquanci* que erunt Reneri post decessum matris sue. Item, domina..... tenet de ipso pro se et pro filio XL sextaria apud *Ponquanci*, et homines et alia que nescit nominare ; in quibus filius suus Renerus habet partem suam. Item, Johannes, frater Theobaldi, tenet de ipso grangiam de Vousiis, et medietatem de una charrucata terre, et terragium, et apud *Ponquanci* XX^ti^ sextaria bladi, et homines apud *Ponquanci*. Debet gardam per sex setimanas. Et de retrofeodis supradictis nominatis hoc est alius feodus, et ille qui vult garantire istud non tenet *le demoine* adhuc, ut dicit.

1193. — Dominus Guillelmus de *Monmor*, miles, tenet

1191. — Montmort, le Baizil; Puits, vill. détr., c^ne^ d'Etrechy; Fèrebrianges, Rouffy (Marne).
1192. — Chaltrait, Saint-Mard-lès-Rouffy, Pocancy, Rouffy (Marne).
1193. — Montmort, Lucy; Vaudancourt, v., c^ne^ de Brugny (Marne).

1 C'est à tort que le scribe a placé ici un *quod* inutile

sextam partem de alodio de Luchiis, in nemus, et in aliis rantis apud Luchiis, et circiter duo arpenta vinee apud *Vaudancort* circiter : VII libratas terre. Thomas, frater ejus, habet medietatem in predictis quam tenet de ipso. Debet gardam per sex setimanas.

1194. — Dominus Clarambaldus de *Ruffi* tenet, de dono regis, medietatem ville de Alneto et de *Treccon*. De garda dixit quod eam non debet.

1195. — Relicta domini Johannis de *Moregni* tenet, de dono regis, medietatem villarum de Alneto et de *Treccon*. Non debet gardam, ut dicit.

1196. — Dominus Johannes de Molendinis tenet, apud *Aunisel*, domum fortem *d'Aunisel* et quicquid habet apud *Aunisel*. Non debet gardam, ut dicit. Scripta dicunt quod debet per tres menses.

1197. — Relicta domini Eustachii de *Coufflanz* tenet de rege, ratione dotis, domum fortem de Marolio, et quicquid habet in villa de Marolio et in pertinenciis, et apud *lou Besil*, et apud Montem Mauri, et *la Corre*, et villam de Ogero cum pertinenciis, et illud quod habet in pedagio de Nogento super Sequanam : circiter ducentas libratas terre. De garda, de retrofeodis, de alienatis, debet dicere.

1198. — *Jehannins de Souillieres* tenet apud Virtutum circiter tria arpenta vinee in Clauso, de uno homagio. Item, tenet ibidem tres quarterios vinee, et sextam partem furni de *Soullieres*, et homines. et consuetudines : XX solidatas terre ; et IIII^{or} sextarios seminis terre, de alio homagio. Item, tenet medietatem dicti furni, et XXV sextarios bladi in terragio, et homines, et consuetudines : XL solidatas terre ; et terras, — XX solidatas terre, — aquas et pascua, de tercio homagio.

1194. — Rouffy, Aulnay-aux-Planches, Trecon (Marne).

1195. — Mauregny-en-Haie (Aisne) ; Aulnay-aux-Planches, Trecon (Marne).

1196. — Molins, Aulnizeux (Marne).

1197. — Conflans, f., c^{ne} de Villeseneux ; Mareuil-en-Brie, le Baizil, Montmort, Lacaure, Oger (Marne) ; Nogent-sur-Seine (Aube).

1198. — Soulières (Marne).

1199. — Item, dominus Guido *Betars* de Gyongiis, miles.

1200. — Dominus Renaudus de *Soume-Py* tenet apud Villam Novam prope Virtutum quindecim libratas terre, apud *Rainne-Vile* et apud *Puiz* de hereditate uxoris sue circa VIII libratas terre.

1201. — Domina Maria, relicta domini Roberti de *Some-Py*, tenet de rege apud *Trecon* decimam unam valoris circiter decem libratarum terre, in quibus habet medietatem dominus Milo de *Germaigne*, quam tenet de ipsa. Debet certificare infra Nativitatem sancti Johannis de tribus feodis qui tenentur de ipsa. Debet gardam apud Montem Ymeri.

1202. — Petrus de Alneto tenet XXX jornalia terre apud Alnetum et I falcatam prati. Nepotes sui neptesque sue tenent de eo C jornalia, et quartam partem terragii in quo dicitur ad *Chevaliers*. De garda nichil dixit.

1203. — Domina Agnes de *Monmor* tenet sextam partem nemoris de *Loisi*, et id quod habet in placito generali hominum de *Monmor*. *Bertrens* tenet de ea hoc quod habet apud *Givri*, et *Colegni* et apud *Loisi*.

1203 *bis*. — Guiotus de Novilla tenet, apud *Soumessout*, XL libratas terre .

1204. — Dominus Henricus *Foinions* tenet apud Plese-

1199. — Gionges-Saint-Fergeux (Marne).

1200. — Sommepy, Villeneuve-lès-Rouffy, Renneville; Puits, vill. détr., c^ne^ d'Etrechy (Marne).

1201. — Sommepy, Trecon, Germaine; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1202. — Aulnay-aux-Planches; les Chevaliers, h. détr., c^ne^ de Villeneuve-lès-Rouffy (Marne).

1203. — Montmort, Givry-lès-Loisy, Colligny, Loisy-en-Brie (Marne).

1203 *bis*. — La Neuville, f. détr., c^ne^ de Gionges-Saint-Fergeux; Sommesous (Marne).

1204. — Le Plessis, h., c^ne^ de Vertus (Marne).

---

1 Cet article a été barré, comme faisant double emploi avec l'article 1155. — Cf. aussi l'article 1214, d'une rédaction postérieure à la majeure partie du rôle.

tum, post mortem domine Marie, circiter LX libratas terre. Debet gardam per annum.

1205. — Domicella Margareta tenet apud *Banne* X libratas terre. Non debet gardam.

1206. — *Adenins* de Capella tenet de duobus feodis. Infra tres septimanas Purificationis (?) debet venire frater suus homagio faciendo.

1207. — *Adenins* de Capella tenet apud Capellam domum fortem et L libratas terre, vel plus, et unam domum apud Montem Hymeri.

1208. — *Hatez de Esclavale* tenet apud *Fenieres* quidquid ibi habet, — preter grangiam suam et preter pratum de Fonte, — et pratum de Miajo (?). Tenet etiam quicquid ibi habet et unam domum apud Montem Imeri, et hoc tenet racione dotis uxoris sue. Milo *Raboez* (tenet) de *Hatet* d'*Esclavale* id quod habet apud *Manci*. Et debet predictus *Hatez* gardam apud Montem Imeri, sed nescit quantum.

1209. — Johannes de *Ver*, filius Guillelmi d'*Ouillie*, tenet apud *Banne* XXX sextarios bladi per medium, et XII solidos census, et capones et costumias.

1209 *bis*[1]. — Domina Maria de *Ronchieres* tenet domum de *Livri* et debet retinere domum de Monte Hymeri. Non debet gardam ibi.

1210. — Thomas *d'Ablois*, armiger, tenet de doario

1205. — Bannes (Marne).

1206. — La Chapelle, f., c^ne^ d'Aulnizeux (Marne).

1207. — La Chapelle, f., c^ne^ d'Aulnizeux; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1208. — Esclavolles, Fagnières; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus; Mancy (Marne).

1209. — Vert-la-Gravelle, Œuilly?, Bannes (Marne).

1209 *bis*. — Ronchères (Aisne); Livry-sur-Vesle?; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1210. — Ablois-Saint-Martin, Pocancy; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

---

1 C'est avec cet article que commence la troisième bande du rôle de Vertus.

uxoris sue apud *Po[nc]anci*, in domo, in avena, circiter C solidatas terre. Debet gardam apud *Mohimer*, sed nescit quantum. Plegius de rachato : dominus Johannes *Barrez*.

1211. — Poncetus de *Soumesout*, armiger, tenet domum fortem de *Summesout* et quicquid ibi habet : circiter L libratas terre. De garda debet dicere.

1212. — Dominus Henricus de *Nuelli* tenet de rege id quod habet apud Planchas *d'Aunoi*, ex parte uxoris sue. Non debet gardam, ut dicit.

1213. — Eustacius *d'Escuri* tenet de regi apud *Escuri* homines, de escasura nepotis sui. Item, tenet apud *Escuri Grangetes*, de alio feodo. Debet gardam per VI ebdomadas apud Moimerum.

1214. — Johanna de *Chaü*, relicta Guioti de *Nuevile*, tenet ex parte patris apud *Summesout* quicquid ibi habet, et ex parte matris apud *Crani* prope Trecas et apud *Chahu* in castellania Sancti Florentini.

1215. — Andreas de *Ver*, armiger, tenet de rege, cujus avus suus vocatus fuit Garinus. Tenet de hereditate uxoris sue, apud Alnetum, domum et centum solidatas terre. De garda nichil dixit.

1216. — Juliana, relicta Warmondi de *Chintri*, tenet apud Alnetum quicquid ibi habet.

1211. — Sommesous (Marne).

1212. — Neuilly-Saint-Front (Aisne) ; les Planches, h. uni au village d'Aulnay-les-Planches (Marne).

1213. — Ecury-le-Repos ; les Grangettes, h., détr., c^ne de Pierremorains Sommesous (Marne).

1214. — Chéu (Yonne) ; la Neuville, f. détr., c^ne de Gionges-Saint-Fergeux (Marne) ; Creney, Troyes (Aube).

1215. — Vert-la-Gravelle ; Aulnay-les-Planches (Marne).

1216. — Chaintrix (Marne).

XXIII

FEODI DE VITRIACO[1]

1218. — Dominus Johannes de *Saint-Fale*, sicut dicit, juratus, Herbertus prepositus suus, tenet domum fortem de *Pringy*, et integre quicquid tenet in eodem loco et in pertinenciis ejusdem, apud *Loysie* unam carrucatam terre et *l'abandon* ad IX boves, — valoris circiter IIII^{xx} libratarum terre, — et X solidos apud *Solenges* in coustumiis. Dominus Odo de Mutigniaco tenet de eo IIII sextarios bladi in terragio de Pringeio; Droinus de Pringeio, armiger, XX solidatas terre apud *Viler* et apud *Pringy*. Non debet gardam, ut dicit. Debet ipsam testimonio patrie.

1219. — Oudinetus, armiger, de Sancto Hylario, tenet pro se et fratribus suis villas sancti Hylarii et de *Moive*, et quicquid habet ibidem pro se et dictis fratribus et eciam sororibus,— preter quam feodum Hugonis de *Wasnou*, — valoris circiter X libratarum terre. De eo tenet Gilo, filius Durandi de *Moyve*, terras arabiles apud *Moyve :* circiter LX solidatas terre. Et...[2], miles de Castro Radulphi, IX sex-

1218. — Saint-Phal (Aube); Pringy, Loisy-sur-Marne, Soulanges ; Mutigny, v., c^{ne} de la Chaussée ; Pringy, Villers-sur-Marne, f., c^{ne} de Couvrot (Marne)

1219. — Saint-Hilaire, h., c^{ne} du Frêne ; Moivre, Vanault-le-Châtel, Châtelraould (Marne) ; Dannevoux (Meuse) ; Marolles ; Villotte, h., c^{ne} de Luxémont. Scrupt (Marne) ; Dannevoux (Meuse) ; Larzicourt (Marne).

---

1 Le rôle des fiefs de la châtellenie de Vitry-le-Brûlé est formé de six bandes de parchemin

2 Il y a un blanc à la place du nom de ce chevalier de Châtelraould.

tarios avene; tenet ibidem in coustumiis, IX gallinas ibidem et XXVII corveias per annum. Non debet gardam, ut dicit. Item, dominus Ogerus de *Donevout* tenet de eo XX sextarios avene apud *Poyz* et LXXII solidos apud Sanctum Hylarium, et dominus Girardus de *Maroles* IIII sextarios apud *Vilette*.

Item, tenet Oudinetus apud *Secru*, de alio homagio, domum suam de *Secru*, quosdam homines, terras, et integre quicquid habet ibidem, scilicet IV libratas terre. Dominus Ogerus de *Donnevou* tenet de eo XL sextarios avene apud *Larzicourt*. Gardam non debet, ut dicit.

1220. — Walterus de Sancto Hylario, armiger, tenet X libratas terre apud Sanctum Johannem super Moyvam in molendino, terragiis et censibus.

1221. — Philippus de Donno Martino tenet VI^{xx} sextarios bladi annui redditus in riparia de *Moyve*, in terragiis et molendino et censibus, videlicet apud *Moyve*, apud Sanctum Hylarium, apud *Coupeauville*, et in terra de Fraxino, et apud Sanctum Johannem, et apud *Marçon* et apud *la Franche-Vile*. De eo tenent apud *Coupeauvile* dominus Guido *Rotraux* de Sancto Germano, dominus Johannes *li Lucreres* de Roseto, Droetus de Sancto Johanne, Coletus *Ravaz* de *Coupeavile*, Stephanus de *Soulenges* et Coletus de *Colemiers*, circiter centum et XV sextarios bladi per medium ad mensuram Cathalaunensem, et quatuor quarteria (?) sunt in sextario. Non debet gardam, ut dicit.

1222. — Jaquetus de Vitriaco tenet, de dote uxoris sue et ballio liberorum ejus, IX libratas terre in gistis de *Chapei* et de Moncellis. Item, de alio homagio, ratione dotis uxoris sue, ex parte Wermondi de *Favereces*, alii mariti sui, tenet usuarium de *Lioirs*, sicut dicit. Liberi domini

1220. — Saint-Hilaire, h., c^{ne} du Frêne; Saint-Jean-sur-Moivre (Marne).

1221. — Dommartin-Lettrée, Moivre; Saint-Hilaire, h., c^{ne} du Frêne; Coupéville, le Frêne, Marson, Francheville, Saint-Germain-la-Ville, Rozay, Saint-Jean-sur-Moivre, Soulanges; Coulmiers, v., c^{ne} de la Chaussée (Marne).

1222. — Chepy; Moncets, canton de Marson (Marne). La forêt de Lieu, dont le vestige le plus important est aujourd'hui la forêt de Trois-Fontaines, comprise en grande partie dans le finage du même nom.

Theobaldi de eo tenent usuarium in dicto nemore, ut dicit. Debet gardam per tres menses. Et tenet de homagio de *Favereces* XVI arpenta terre, et V arprenta prati, et sex solidos census, et furnum.

1223. — Perrinus de *Belesme*, armiger, tenet domum cum porprisio loci ejusdem. Et, de eadem domo, ejus sororius tenet medietatem de ipso.

1224. — Dominus Colardus de *Haucignimont* tenet domum suam de *Haucignimont*, et integre quicquid (habet) in villa illa et in ejus finaigio, et quicquid habet apud *Donremei* et apud *Saint-Verain*, valoris circiter LX libratarum terre. Debet gardam per duos menses.

Item, tenet de alio homagio, apud *Favereses*, quicquid emit ibidem; que omnia, ab heredibus domini Richeri de Roberti Spania, valoris circiter decem libratarum terre.

1225. — *Alberis*[1] *de Fareinmont* tenet domum de *Faireinmont*, homines, villam, bannum, justitiam cum carrugagio, et pratis, et integre quicquid habet ibidem cum terragio loci, — preter quam XXX[a] sextarios bladi quos tenet ibidem de aliis dominis in terragio loci, — valoris circiter L libratarum terre. Domina *Aalaiz de Haucignimont* et Martinus Carpentarius tenent de eo unum pratum. Non debet gardam ut dicit.

1226. — Dominus Anselmus, vocatus de *Braux*, tenet, ex parte uxoris sue, domum fortem de Blaceio cum clauso et vinea, et carrucagium, VI falcatas prati sine parte alterius Item tenet, in omnibus aliis in villa predicta et quic-

1223. — Blesmes (Marne).

1224. — Haussignemont, Domremy, Saint-Vrain (Marne); Favresse (Marne); Robert-Espagne (Meuse)

1225. — Farémont, Haussignemont (Marne).

1226. — Braux-Saint-Remy, Blacy (Marne); Balignicourt (Aube). Maucourt, village sur l'emplacement duquel fut bâtie en 1545 la ville de Vitry-le-François; Pringy, Sainte-Menehould; Bayerne, ff., c[ne] de Soulanges; Villers, f., c[ne] de Couvrot)Marne).

1 On avait d'abord écrit : *Dominus Balduinus*.

quid habet apud *Morcort*, medietatem. De eo tenet Gilo de *Balignicourt* aliam medietatem. Hec sunt de uno feodo. Debet gardam per dimidium annum. Item, tenet de eodem feodo *le Donjon*, situm ante castellum Vitriaci.

Item, dictus dominus Anselmus tenet de alio homagio, apud Pringeium, domum suam, homines, terras et integre quicquid habet ibidem : valoris circiter XXV libratarum terre. Debet gardam apud Sanctam Manehuldim per VI septimanas. Item, tenet quicquid habet apud *Bayerne*, et apud *Vilers* de feodo de Pringeio.

1227. — Dominus Joffridus de *Buisson*, sicut dixit *li Traytes*, tenet quicquid habet apud *Secru* et apud *Belesmes*, videlicet homines, bannum, justiciam et integre quicquid habet ibidem : circiter XX libratas terre. De eo tenet Ferretus, frater suus, nemus de *Lioir* cum omnibus pertinenciis: circiter XXX libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1228. — Dominus Guillelmus de *Pontion* tenet stalla sua de Vitriaco : circiter VI libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1229. — Dominus Petrus *Fourniers* de *Pontion* tenet furnum suum in Juereia Vitriaci et domos suas de Vitriaco : circiter XXV libratas terre. Debet gardam per annum.

1230. — Willelmus de *Pontion*, armiger, tenet furnum loci, furnum de *Bruxon*, et molendinum Comitis, — in quibus furno de *Bruxon* et molendino soror sua habet terciam partem, — et in furno de *Pontion* VIII sextarios bladi ad veterem mensuram que tenet de eodem Willelmo : valoris circiter XXV libratarum terre. Non debet gardam ut dicit.

1227. — Le Buisson-sur-Saulx, Scrupt, Blesmes (Marne). La forêt de Lieu, voyez la note 1222.

1228. — Ponthion (Marne).

1229. — Ponthion (Marne). La Juiverie était sans doute l'un des noms sous lequel on désignait le « bourg » de Vitry-le-Brûlé, quartier presque entièrement occupé, au XIIe siècle, par les juifs (Ed. de Barthélemy, *Diocèse ancien de Châlons*, t. II, p. 83-84).

1230. — Ponthion, Brusson (Marne).

1231. — Dominus Milo de Sorceio tenet domum fortem de *Pontion*.

1232. — Domina Ysabellis de *Vilers*, sicut dominus Odo de Montigniaco dixit, tenet domum suam de *Vilers* cum porprisio, prata, terras, bannum, justiciam et integre quicquid habet ibidem, preterquam sex falchatas prati, et sunt valoris circiter X libratarum terre. Debet gardam per tres menses.

1233. — Domina de *Wasnou* de dote sua tenet, sicut pro (ea) dixit Albericus prepositus suus, tertiam partem juris manus mortuaris hominum Sancti Gorgonii apud Cathalaunum, medietatem castelli loci, et partem voarie, furnum, bannum, justiciam, assisiam, stagna, et integre quicquid tenet ibidem — excepto quodam nemore de *Memont* — : valoris circiter VII^{xx} libratarum terre. De ipsa tenet Hugo de *Landricort Bertricourt* et quicquid habet ibidem, dominus Richardus de Bruolliis furnum Sancti Lupi, domina Helvidis de Sancto Johanne apud Sanctum Lupum IIII sextarios bladi in terragio et quicquid habet apud Sanctum Johannem. Petrus Navarrensis, balistarius, tenet apud Sanctum Lupum circiter unum modium avene et V solidos census; Petrus de *Larzicour*, armiger, V sextarios frumenti in assisiis, de *Wasnou* ; Coletus de Columbariis II sextarios frumenti in assisiis; Anselmus de *Marçon* IIII sextarios bladi in terragio de *Wasnou* ; Albrietus de Sancto *Verayn* et ejus sororius XII sextarios bladi in terragio de *Wasnou* et VI solidos in coustumiis ; Gilo *Mauchemins de Netoncort* feodum Sancte Marie apud *Netoncort*, *les soignies de Wanancort* ; dominus Johannes *Blanche-Coille* de Roseto quasdam terras arabiles apud Rosetum

1231. — Sorcy (Meuse) ; Ponthion (Marne).

1232. — Villers, f., c^{ne} de Convrot ; Mutigny, v., c^{ne} de la Chaussée (Marne).

1233. — Vanault-le-Châtel, Châlons-sur-Marne, Landricourt ; Bertecourt, m^{in} détr., c^{ne} de Vanault-le-Châtel ; Saint-Jean-sur-Moivre, Larzicourt, Vanault-le-Châtel, Coulmiers, v., c^{ne} de la Chaussée ; Marson, Saint-Vrain (Marne) ; Netiancourt (Meuse) ; Vernancourt, Rozay (Marne) ; Narcy (Haute-Marne) ; Bassu, Vavray-le-Grand et Vavray-le-Petit ; le Plessis, h., c^{ne} d'Orconte ; Mutigny, v., c^{ne} de la Chaussée, Courtisols (Marne).

et VI sextarios bladi in terragio de Roseto et de *Wasnou ;* dominus Aubertus de *Narcei* apud *Basçu* et in angulo de Wavereio circiter XXX libratas terre. Dominus Guido de Roseto et dominus Aubertus de Plaiseto tenent de ipsa nescit quantum nec ubi. Totum feodum de *Wasnou* debet gardam per annum. Item, dominus Odo de Montigniaco tenet apud *Cortisot* circiter X libratas terre.

1234. — Dominus Milo de *Vaucler* tenet domum fortem de *Vaucler* et villam, et integre quicquid habet ibidem et usuarium de *Lioir* ad tres quadrigas qualibet die ut dicit, et id quod habet apud Blaciacum. De eo tenet dominus Theobaldus *Poilevot* VIII sextarios frumenti in furno de *Valcler ;* liberi domini Wermondi de *Favereces* domum suam de *Favereces* cum porprisio, L jornalia terre ibidem. Hugo de *Lonchamp* tenet de eo apud *Lonchamp* terras arabiles. Hugo de *Rosoy* tenet de eo, apud *Moyve*, XII sextarios bladi in terragio loci et XVIII denarios census ; Perrotus *li Borjois* de Vitriaco, armiger, VII sextarios frumenti apud *Monceaux* ; Adeninus de *Marçon* decimam de *Marcon*, et quedam alia, et quicquid tenet ibidem: circiter VII libratas terre ; dominus Balduinus de *Fareinmont* terragia quedam. Stephanus de Sancto Hylario tenet XIV jornalia terre, et VII solidos census apud *Moyve* et Sanctum Hylarium. Filia domini Amaurici *le Coup* tenet quedam terragia apud Novam Villam ad Fraxinum. Adhuc debet dicere de aliis retrofeodis infra festum Sancti Johannis [1]. — Coletus *des Pasquis* tenet de eo terragium L jornaliorum terre apud *Plichancort* et III falchatas prati XXII denarios census. Debet gardam per annum et diem. *Baudenez de Vitri* (tenet) XXX sextarios bladi apud *Es-*

1234. — Vauclerc (Marne). La forêt de Lieu ; voyez la note 1222. Blacy, Favresse (Marne). Longchamp, h., c^ne^ de Perthes (Haute-Marne) ; Rozay, Moivre ; Moncets, canton de Marson ; Farémont ; Saint-Hilaire, h., c^ne^ du Frêne ; le Frêne ; le Pâquis ? mm., c^ne^ de Gigny-aux-Bois ; Plichancourt, Ecriennes ; Villers, f., c^ne^ de Couvrot ; Matignicourt (Marne).

1 Cette phrase a été barrée et remplacé par ce qui suit.

crienes. *Bertremins de Villers* tenet de ipso id quod habet in bacco de *Villers*, et decimam et terragium. Domina de *Mategnicourt* tenet de ipso apud Blaciacum et apud *Escrenes* quicquid ibi habet. Debet gardam per annum pro feodo de *Vaucler*. — Item, tenet de alio homagio apud Blaciacum nec debet gardam ut dicit [1].

1235. — Dominus Johannes de Roseto tenet terragia sua de *Moyve* valoris circiter XVI sextariorum bladi. Non debet gardam ut dicit.

1236. — Dominus Ogerus de *Engleure* tenet, pro uxore, apud *Betancourt* et apud *Veral*. Et debet unum mensem custodie.

1237. — Dominus Werricus de Bello Ramo tenet, apud *Pierfite*, XV libratas terre et XV libras in burssa.

1238 [2]. — Dominus Renaudus de *Soume-Py* tenet de rege voereiam de *Heiz*, voeriam de *Soignei*, apud *Baçuel* homines et justiciam, apud *Lices* homines, et homines suos de *Waverei* et homines suos apud *Secru*, circa viginti libratas terre apud *Reinnevile*, et *à Puiz* circa octo libratas terre. Et quia posuit hoc in feodo domini regis dedit rex ei circa quindecim libratas terre apud Villam Novam juxta Virtutum. Non debet gardam ut dicit.

1239. — Domina Helvidis de *Beloy* tenet de hereditate sua, apud *Bugnicort* super Maternam, sex familias hominum et I modium bladi ad mensuram Vitriaci, et XX soli-

1235. — Rozay, Moivre (Marne).

1236. — Anglure, Bettancourt, Vroil (Marne).

1237. — Belrain, Pierrefitte (Meuse).

1238. — Sommepy, Heiltz-le-Maurupt, Sogny-en-l'Angle, Bassuet, Lisse, Vavray-le-Grand et Vavray-le-Petit, Scrupt, Renneville ; Puits, h., c^ne^ d'Etrechy ; Villeneuve-lès-Rouffy (Marne).

1239. — Belley, h., c^ne^ de Tilloy ; Bignicourt-sur-Marne ; Sainte-Menehould.

---

1 On retrouve, en marge de cet article, la phrase suivante : « Debet dicere infra Nativitatem Sancti Johannis de aliis retrofeodis. »

2 La deuxième bande du rôle des fiefs de Vitry commence en cet endroit.

datas terre in aqua, XXX[a] falchatas prati. Non debet gardam, ut dicit. Debet sabbato post Jubilate venire apud Sanctam Manehildim ad respondendum ad objecta.

1240. — Dominus Galterus *Baaillars, de Soume-Yevre*, tenet apud Sanctum Medardum V[que] sextarios bladi in terragio et XXX[a] denarios census. Non debet gardam, ut dicit. Idem Galterus tenet apud *Soumevre* XIIII sextarios bladi. Non debet gardam, ut dicit, et dictum bladum tenet in decimis et terragio.

1241. — Dominus Stephanus *Baaillars*, frater dicti Galteri, tenet apud Sanctum Medardum tantum quantum dictus Galterus.

1242. — Domina Helissendis, relicta domini Petri de Materna, racione dotis sue et de ballio liberorum suorum ligia, salva ligeitate castellani Vitriaci et domini Petri de Elisia, tenet terras arabiles usque ad LX jornalia juxta domum suam. Guillelmus, armiger de Materna, tenet de ea ibidem XL jornalia terre.

1243. — Joffridus de Dampetra, armiger, tenet apud *Tornay* domum suam fortem cum jardini medietate, et medietatem unicis carrucagii in eodem loco, prata, et boscum juxta dictam domum apud Sanctum Martinum super Maternam juxta Songeium, homines suos, prata, census, justicias et coustumias : circiter C solidatas terre. De eo tenet Truncus de Roseto, apud Sanctum Martinum, circiter X libratas terre. Item, *li batars* de *Tournay* tenet de eo apud *Tornay* circiter centum solidatas terre, et apud Sanctum Martinum circiter centum solidatas terre. Item, tenet de eo Morinus de Vitriaco circiter C solidatas terre apud *Belesme*. Maritus sororis domini Johannis Mabilei de *Pontion*, ratione uxoris sue, tenet apud *Tornay* circiter centum solidatas terre. Heredes *Wygne-Haste* tenet de eo,

1240. — Sommeyèvre, Saint-Mard-sur-le-Mont (Marne).
1241. — Saint-Mard-sur-le-Mont (Marne).
1242. — Marne-la-Maison, h., c[ne] de la Chaussée; Elize (Marne).
1243. — Dampierre-le-Château; Tornay, h., c[ne] de Favresse; Saint-Martin-aux-Champs, Rozay, Blesmes, Ponthion, Saint-Vrain (Marne).

apud *Belesme*, circiter solidatam terre. Non debet gardam, ut dicit. Perrotus de *Saint-Verain* apud *Belesme* (tenet) circiter C solidatas terre.

1244. — Dominus Renardus de *Lecimont* tenet domum suam fortem loci jurabilem cum fossatis et aliis que sunt infra fossata, et usuarium nemoris de *Lioir*, ut dicit. Soror sua, uxor domini Ferrici de Vianna, tenet de ipso apud *Lucimont* domum cum carrucagio et pratis. De eo tenet Rogerus de *Belesme*, apud *Belesme*, terras arabiles : circiter LX solidatas terre. Debet estagium apud Vitriacum per annum et diem.

1245. — Stephanus *de Soulenges* tenet apud *Soulenges* domum suam, sextam decimam partem justicie, banni, terragii : circiter VIII libratas terre. De eo tenet Radulphus de *Pontion* quicquid habet apud *Soulenges :* circiter XVI libratas terre. Johannes de *Passe-Avant* de eo tenet quicquid habet ibidem : circiter C solidatas terre. Debet gardam per *II mois*.

1246. — Domina *Aaliz de Somme-Yevre*, ratione dotis et de ballio liberorum suorum, tenet X sextarios bladi in terragio Sancti Medardi, duas espaulas porci, duos panes et duos denarios. Dominus Stephanus *Baaillars* debet tenere de ea totidem in eodem loco.

1247. — Dominus Eirardus de Gallanda, de hereditate matris, sicut dixerunt dominus Odo de Montigniaco et Waalinus *d'Ablancort*, jurati, tenet Alnetum Castrum cum omnibus appendiciis et pertinenciis, et ea omnia que habet in dicto castro et in finagio, et castellania dicti castri, et apud Sanctum Amandum XL[a] sextarios avene ad men-

1244. — Luxémont (Marne). La forêt de Lieu (voyez la note 1222); Vienne-le-Château, Blesmes (Marne).

1245. — Soulanges, Ponthion, Passavant (Marne).

1246. — Sommevèvre, Saint-Mard-sur-le-Mont (Marne).

1247. — Galande, fief englobé dans Paris au temps de Philippe-Auguste. Ablancourt, Aulnay-l'Aître, Saint-Amand, Soulanges, Cloyes, Maurupt, Blacy, Pargny-sur-Saulx (Marne) ; Loupy-le-Château, Loupy-le-Petit (Meuse) ; Pringy, Marne-la-Maison, h. détr., c[ne] de la Chaussée ; Mutigny, v., c[ne] de la Chaussée ; Blesmes (Marne).

suram que solebat communiter currere, et quicquid habet apud *Soulenges*, apud *Anblancort*, et apud *le Meix*, et apud *Cloyes*, et apud *Maura* cum omnibus appendiciis, et apud Blaciacum et integre quicquid habet in castellania de Vitriaco, preterquam Pargueium. De eo tenet dominus Radulphus de *Loupi* Loupeium Parvum cum quadam villa prope, dominus Herveus de Pringeio VIII jornalia terre apud *Pringei*. Guillelmus de Materna tenet de eo omnes terras arabiles quas habet in territorio de Materna, domum suam cum omni porprisio; et dominus Odo de Montigniaco medietatem terragii de *Meyx*. Jaquetus de *Belesme*, ratione dotis uxoris sue et de ballio, tenet X jornalia terre ibidem. Debet estagium apud Vitriacum per annum.

1248. — Dominus Odo de Montigniaco non fecit homagium adhuc. Tenere debet domum de *Vilers* super Maternam, terras, prata, vineas, homines, justicias, aquam : circiter LX solidatas terre, que omnia emit a monachis Alti Fontis et legata fuerant dictis monachis a domicella Regina, filia quondam Romeri, et feodum dicti Romeri debet gardam per annum. Ipse fatetur quod debet per tres menses.

1249. — Castellanus de Vitriaco tenet domum suam de castello Vitriaci, et homines suos loci, et nundinas sancte Crucis Vitriaci, census, et censivas hominum suorum, furnum de *Merlau*, et *Chainsi*, et *Outrepont*, et *Baçuel*, et Villares, et unum boysellum bladi valoris X sextariorum in molendino de *Pontion*, (et) castrum de *Sommevele* cum omnibus appendiciis. Debet estagium per annum et diem. Debet respondere de retrofeodis infra Nativitatem Beati Johannis. De eo tenet archidiaconus Lingonensis, frater suus,

1248. — Mutigny, v., c^ne de la Chaussée, Villers, f., c^ne de Couvrot; Hautefontaine, anc. abb., c^ne d'Ambrières (Marne).

1249. — Merlant, Changy, Outrepont, Bassuet; Villers-sur-Marne. f., c^ne de Couvrot; Ponthion. Sommevesle (Marne); Langres (Haute-Marne); Coulmiers v., c^ne de la Chaussée (Marne); Epagne (Aube); Tilloy, Etrepy, Bignicourt-sur-Saulx, Jussécourt, Saint-Chéron, Heiltz-le-Hutier, Drouilly, Pringy, Somsois, Vitry-la-Ville, Arzillières, Gigny-aux-Bois; le Plessis, h., c^ne d'Orconte; Thiéblemont (Marne).

villam de *Mellau* et quicquid habet ibidem; et dominus Guillelmus, frater suus, villam de Columbariis cum omnibus pertinenciis, et stagnis et molendinis. Dominus Johannes *d'Espaigne*, ratione hereditatis sue uxoris, tenet de eo *Tylloy* et *Monteigni* cum omnibus appendiciis. Johannes de Estrepeio tenet de eo quicquid habet apud Estrepeium cum nemoribus, — preterquam domum fortem, — et quicquid appendet apud Estrepeium, et quicquid habet apud *Bugnicort* preter quam homines de atrio ; mater Johannis de *Estrepy* aquam de Montigniaco et homines de *Jusecort*. Domina de *Saint-Chenon* tenet id quod habet apud Hesum *Witeri*, et apud *Druillei*, apud *Pringei*, apud *Sonsois* et Vitriacum Villam; et dominus Galterus de Ardilleriis medietatem de *Gygnei ;* dominus Aubertus de *Pllessié* medietatem de *Thiebemont*[1].

1250. — Guillelmus de *Bringi*, armiger, tenet apud *Villers* terciam partem hereditatis domicelle Regine de *Villèrs :* circiter XL solidatas terre. Debet gardam per III menses.

1251. — Johannes de Estrepeio, ligius post castellanum, tenet domum suam de castro Vitriaci, et quicquid habet apud Colombaria, domum fortem de *Estrepi*, et XL sextarios avene apud *Betancort*. Et debet gardam III menses. Ex alio homagio : domum de *Heiz*, molendinum, furnum, bannum, justiciam, terras et integre quicquid habet ibidem. Tenet etiam quicquid monachi de *Cheminon* tenent de ipso ad censum apud *Heyz*, et septem familias hominum apud *Buignicort*. De tercio homagio tenet apud *Brauvilers* medietatem ville, banni, justicie et integre quicquid habet ibidem. Dominus Hugo *Waignonceaux*, ratione uxoris sue, tenet de eo medietatem de *Brauxvilier*, et villam de *Narci*.

1250. — Pringy; Villers-sur-Marne, f., c^ne^ de Couvrot (Marne).

1251. — Etrepy, Coulmiers, v., c^ne^ de la Chaussée; Etrepy, Bettancourt, Heiltz-le-Maurupt; Cheminon-l'Abbaye, f., c^ne^ de Cheminon-la-Ville ; Bignicourt-sur-Saulx (Marne); Brauvilliers (Meuse); Narcy (Haute-Marne).

1 Tout cet article a été biffé.

1252. — Mater Johannis de *Estrepy* tenet domum fortem de *Estrepi* et XX sextarios avene, ratione dotis.

1253. — Mater castellani Vitriaci tenet de doario *Chaynsi*, *Otrepont* et quicquid habet apud *Baçuel*.

1254. — Domina Agnes de Dampetra in *Estenoys*, sicut dixit per juramentum pro ea Huardus de Gyvereio, ejus ballivus, tenet castellum de Dampetra, et villam cum omnibus appendiciis, de doario et ballio liberorum suorum, *Herpont*, *Warimont*, *Hans* ad Planchas et duas partes nemorum sitorum in castellania de Dampetra, — preterquam nemus Guilloti, et nemus quod vocatur *Requigneis* et nemora allodiorum de *Soumaille*. Debet gardam per dimidium annum. De ea tenet dominus Johannes de *Espance* villam de *Espance* cum omnibus appendiciis, — preterquam fortem domum *Nelleu* cum omnibus appendiciis, — et XIIII^{xx} sextarios bladi apud Donnum Martinum, et apud *Herpont*, et apud *le Chateler*, et apud Possessam, IIII^{c} arpenta nemorum in nemore Sancti Georgii. Et dominus Henricus de Bosco tenet molendinum de Dampetra, piscaturam in stagno loci, omnes terras suas de Dampetra, et homines suos quos habet in dicto loco, domum de Bosco cum appendiciis et carrucagio, homines suos de *Ner-*

1252. — Etrepy (Marne).

1253 — Changy, Outrepont, Bassuet (Marne).

1254. — Dampierre-le-Château, Givry-en-Argonne, Herpont, Varimont, Hans; le bois Guillot, bois c^{ne} de Givry-en-Argonne; Requigny, m. détr. et bois dont le nom est resté à un étang de la c^{ne} du Vieil-Dampierre (Marne); Sommeilles (Meuse); Epense, Noirlieu, Dommartin-sur-Yèvre, le Châtellier, Possesse, la Neuville-aux-Bois (Marne); Ponthion, Sommeyèvre. Braux-Saint-Remy, Voillemont; Charmontel, h., c^{ne} de Charmont; Vaux, f., c^{ne} de Chaudefontaine (Marne); Sorcy (Meuse); Ponthion, Brusson, Plichancourt, (Marne); Verdun (Meuse); Saint-Hilairemont, f., c^{ne} de Courtémont; Cernay-en-Dormois, Sivry-sur-Ante (Marne); Clermont-en-Argonne (Meuse); Rapsécourt, Ardenay, h., c^{ne} de Prosnes; Herbaumont, f. détr., c^{ne} de Sommeyèvre; Charmontois-l'Abbé et Charmontois-le-Roi, Gomicourt, m. détr., c^{ne} de Givry-en-Argonne; Chepy, Ante (Marne); Jaucourt (Aube); Laimont (Meuse); Saint-Mard-sur-le-Mont; Maupertuis f., c^{ne} de Voillemont, Coupéville (Marne); Loupy-le-Château; Villotte, h., c^{ne} de Luxémont (Marne). Givry-en-Argonne; Belval, c^{on} de Dommartin-sur-Yèvre; Dommartin-sur-Yèvre, Dampierre-le-Château (Marne).

leu, et homines de Nova Villa in Bosco et usuarium nemoris loci. Dominus Walcherus de Plaisseio tenet *le Chateler*, et *les Moies*, et stagnum de Donno Martino, et XL[a] sextarios bladi apud *Warimont* ad mensuram Vitriaci per medium in redditibus. Domina *Paubele* tenet X sextarios avene apud *Warimont* in redditibus, et medietatem furni de Dampetra, et homines suos loci apud Donmartinum, terras, terragia, prata, homines et quicquid habet ibidem. Johannes de *Pontion* tenet furnum de *Herpont*, et furnum de Donno Martino, terram suam de *Soume-Yevre*, et avenam et denarios suos de *Braux*. Dominus Henricus de *Wailemont* tenet *Wailemont*, et quicquid habet ibidem cum carrucagiis et passagio, et medietatem de *Chaumontel ;* relicta Milonis de *Vaus*, ratione dotis, aliam medietatem de *Chaumontel*, domum de Dampetra cum appendiciis et terris, et terciam partem tallie de *Hans ;* dominus Milo de Sorceio, de ballio, quicquid habet apud *Pontion*, *Broysson*, *Plichancort ;* dominus Renaudus de *Nuevile*, XXII sextarios bladi per tercium apud Novam Villam de *Warimont ;* dominus Jocelinus de Virduno, in eodem loco, XVIII sextarios ejusdem bladi ; dominus Renardus *Mains-Dextre*, de Virduno, X sextarios per medium in eodem loco ; [1] dominus *Bertrans de Saintelier-Mont* XX sextarios bladi per medium in terragiis de Donno Martino ; Guiotus de *Sarnay* XX sextarios ibidem per tercium ; liberi Walteri de Sancto Medardo XVI sextarios frumenti ibidem ; vocatus de *Braux* de omnibus hiis que tenet apud *Braux*, et apud Dampetram, et apud *Some-Yevre* et apud *Syverei ;* dominus Bertrandus de *Clermont* LX solidatas terre in nemoribus domine de Dampetra, et feodum *Gerrei* in finagiis de Dampetra et de *Rabeceicort ;* relicta domini Johannis *Maindestre* winagium de *Rabeceicort ;* dominus Eirardus de Syvereio tenet terciam partem mortui nemoris de *Syverei* et terciam partem terrarum juxta dictum nemus ; Hugo de *Chaumontel* XX sextarios bladi per medium

1 C'est ici que commence la troisième bande du rôle de Vitry.

